
COMMENTARIUS ROB. VAL. IN ARTEM Versificatoriam Hulderici Hutteni.



VIS modus, & quæ sint seruandæ in carmine leges,
E quo quæque suum distendat syllaba tempus:
Littera quas vires habeat, quóque ordine mutet,
Omnia discutiam paucis.

Hic est Propositio complexióque eorum, de quibus se scripturum profitetur author. Sed ne ista per transennam (quod aiunt) cognoscamus, quędam primitus intelligerę decebit, vtpote quid sit carmen, quid pes, vnde dicantur, & quot ad eorum constitutionem requirantur. Carmen, est oratio strictiori pedum lege coercita. Et carmen proprie dicitur totum poema, ut est tota elegia, & totum epigramma, in quo sensus est perfectus. Aliquando etiam est vnicus versus. Dicitur autem carmen à canendo: quia cantibus est aptum. Cæteræ autem orationes solutæ dicuntur, & prosæ, quia metri lege prorsus solutæ libere proruunt. Carmen pedibus cõstat. Est autem pes metrica syllabarum constitutio. Vnica enim syllaba pes esse nequit, nec plures quàm sex. Pes enim in metro dicitur, quia pedis officio fungitur. Sicut enim corpora pedibus mouentur, ita metra ipsa quum scanduntur, quibusdam quasi pedibus incedere videntur. Scansio autem, est legitima metri in singulos pedes distinctio & dimensio. Scandi vero metra dicũtur, quia tractãdo singulos metri cuiusq; pedes

veluti ſcalarum gradus videmur aſcendere. ac gradatin in cedere viciſsim mouendis pedibus. Quot vero pedes & tempora in carmine requirantur, ſequens deſcriptio te facile edocebit.




In carmine est mensura,
Syllabarum
breues
duæ. Pyrrhichius. vt deus,
tres. Tribrachus. vt dominus.
quatuor. Proceleumaticus. vt ariete.
lõgę
duæ. Spondæus. vt audi.
tres. Molossus, vt Mecœnas.
quatuor. Dispondæus. vt mecœnates.
Tẽporũ. Sola vocalis proprie habet tẽpus. Syllaba vero ratiõe vocalis
Syllaba breuis
Syllaba lõga
habet
vnicũ tẽpus
duo tẽpora.
tempora aut sunt
tria
troceus
Iambus
Tribrach
quatuor
Dactylus
Spondæu
Anapæstu
Pedũ, sunt autem
quinque.
vel, sunt inpede.
sex.
duæ syllabę.
ambæ breues: est imperfectus pe
ambæ longæ. spondęus.
Prior tantum longa: Trochæus
posterior tantum longa, Iambus.
tres syllabę.
Longæ: faciunt plusquam pedem
breues: Tribrachum.
duæ longę & vna breuis: faciunt plusquam pedem.
vna tantũ lõga vel
prima. Dactylus
vltima. Anapæstus
media, facit p'usquam pedem.
quatuor syllabæ,
quæ faciunt plusquam ped.

Hæc nos de Hexametro& Pentametro ſolum intelligimus. Proportiones autem & accidentia quæ pedibus inſunt, abunde tractat Aldus grammaticus libro quarto. quę præceptoribus vt quæ altiora relinquimus. At ſi quis vtilitatem ſcribendi carminis roget, ſi nulla alia ſit præterea, hæc ſatis magna eſt, quod verborum & figurarum magna copia ſcribendo carmine, & ſublimitas orationi paratur. Præterea nemo orationem concinnam & ſuauem modulabitur, niſi ſingularum ſyllabarum naturam exacte calleat. Aliæ enim nimia celeritate orationem præcipitant. Aliæ conſtantem grauémque reddunt. Aliæ temperatum curſum reddunt: Aliæ aſperam & confragoſam, aliæ mollem non hiulcam & ſalebroſam, ſed velut per decliuia labentem, qui rhythmus à poetis ad oratorem defluxit. Siquidem Iſocrates primus dicitur orationem vagam & ſolutam numeris aſtrinxiſſe, & claudicantem notis pedibus incedere docuiſſe, ne inæqualis ſubſultaret, & aſperitate aures teretes ac delicatas raderet.

hæc læta iuuentus,
Verte animi votum, ſitibundáſque imbue fauces.
Non quia præterea ſcriptum nihil vtile dicam,
Sed quia munus habes animo gratante profectum.

Hic beneuolentiam captare contendit, lectoreſque ad hoc artis verſificatoriæ opuſculum euoluendum (ſemota iactantia) adhortatur. Nō quòd vtile ac magnificū afferre audeat, ſed quia non illubenter munus à ſe profectum profiteatur.

Improbet iſta licet, cui mentem inſana libido
Carpendi ſtudio vexat, mihi fama trahatur,
Inque dies mihi perſtet honos, mihi gloria ſurgat:
Qui velit inuideat, ſeque hoc mœrore fatiget.

Inuehitur in zoilos & mordaces loquutulejos, qui verborũ colluuione teterrima æſtuant, & ſtudioſis oblatrare conſueuerunt: quorum venenum linguámque aſpidis ſe ſuſque deque ferre teſtatur.

Littera apud Latios iſto diſcrimine fertur

Vocalis criticos, quòd voces integra reddat,

Tales quinque putant, y Græca exinde retracta:

Antequam de ſyllabarũ quantitate tractare incipiat, literarum diuiſiones ac diphthongos, aliáque non contemnenda docet. Earum enim cognitione (teſte Quintiliano lib. 1. cap 6) multa rerum ſurgit & enaſcitur ſubtilitas quæ non modo acuere ingenia puerilia, ſed exercere, altiſsimamque eruditionem & ſcientiam infundere poſsit. Duplex eſt litera vocalis & conſonans. Vocalem Latini appellarunt, quod plenam per ſe vocem faciat. Sunt autẽ quinque a, e, i, o, u. Retrahitur enim vna Græca y, pſilon.

Conſona, quòd voces nil mutans adiuuat ipſas:

Per ſe nulla tamen, niſi uocibus addita rectis.

Conſonantes ſunt ſexdecim: b, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, q, r, ſ, t, x, z. Dicuntur autem conſonantes, quia cum vocalibus ſonant, veluti be, ce, de, ef, ge, &c.

Harum aliquæ nobis vanos referuntur ad vſus:

Quæ ſint diſce breui: quibus E non aſſonat ipſis.

Conſonantes eo dicebantur, quòd cum vocali ſonarent Aliquæ tamen ſunt quæ ad vanos vſus referuntur: & hæ ſunt quæ non ſonant cum e, ſunt autem duæ potiſsimum, k & q. K enim cum a ſonat, & q cum u: h eſt aſpiratio, x & z literæ ſunt Græcæ.

Q tamen u iunctum ſtat in vſu crebrius illo:

Vt sequor, vt quoniam.-

V post g,s,& q,semper liquescit,id est,nec vocalis, nec consonans haberi potest,nec penitus nulla litera, vt languor,lingua,suadeo,aqua,sequor.

-uetus est scripsisse Kalendas.

K non est litera latina,sed Græca:pro qua c,vtimur,atque ideo superuacua est: vnde nomen calendæ potius per c,scribi debet quam per K,more antiquo.

H nota nonnullis uenit aspiratio uerbis:
Non tamen idcirco quo possit litera dici.
Adde quòd in uersu cadit hæc, & nulla putatur.
Nec te conturbet,si obiecerit unus,& alter,
(Posthabita coluisse Samo,hîc illius arma)
Non ego confirmo quo quisquam est rarius vsus.

H litera non est,sed aspirationis signum, quam veteres plerisq; vocibus inserebãt vt sonus earum esset viridior vegetiórque. Hec enim firmitatem & vigorem vocis quasi quibusdam neruis intendit. Idcirco eã grammatici voluerunt consonantis vim habere, vt apud Vergilium primo AEneidos, Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus. Sed id potius cæsuræ semiquinariæ dandũ est. Cæsura autem semiquinaria. quę Græce πενθημιμέρης dicitur,fit quãdo post duos primos pedes,syllaba relinquitur dictionem terminans. vt, Tytire -υυ tu patu -υυ lę - Ecce læ syllaba,manet recisa a dictione patulę, & simul finit dictionem, éstque principium pedis. Et quoniam tenet de quinque dimidium(nam duo & semis bis,quinque constituunt)πενθημιμέρης appellatur,id est,semiquinaria. Nam duo pedes & semipes,qui vnica constat syllaba,faciunt dimidium quinque pedum. Quod h vera litera censeri non

debeat, clarum euadit ex hoc Horatij carmine, Quo me cunque rapit tempestas deferor hospes. Quod si quis obiicere velit hunc versum Vergilij primo AEneidos, Posthabita coluisse samo, hic illius arma, non te offendat, quia aliquando vocalis ante vocalem aut aspirationem, non absumitur, sed id magis notandum est, quàm imitandum.

X dupla est. veteres (breuitas cum forte iuuaret)
Pro (grēgis hoc mōstrat) iunctis scripsere duabus.
Duntaxat Græcis z est data litera verbis.
Quæ super has restant, dabit illis littera nomen.

Cum antiqui breuitate scribendi delectarentur, iis literis loco duarum vsi sunt, x, scilicet & z. x pro cs vel gs : vt pax, pro pacs. grex pro gregs. & z autem pro duplici ss, vt patrizo, pro patrisso. Et sola verba Græca per z scribūtur. Ideo Græca est litera. Aliæ autem literæ, veræ sunt & Latinæ.

Cōsona vel muta est, quoniam male vocibus astat,
Inque E finitur, vel (quæ plus consonat istis)
Semisona incipiens E, dum se terminat ipsam.

Consonantes diuiduntur in mutas & semiuocales. Mutæ sunt octo, b, c, d, f, g, p, q, t. dicuntur autem mutæ, quia respectu benesonantium exiguam vocem habent, & in e, definunt, vt be, ce, de Semiuocales sunt septem, l, m, n, r, s, x, z. Dicuntur enim semiuocales, quia sunt imperfectæ vocales & perfectiorem sonum obtinent quàm mutæ. Incipit autem per e, earum prolatio, vt el, em, en.

F tamen (vt muta est) nihil hac ratione tenetur.

F inter mutas enumeratur. in e tamen non desinit, sed per e, incipit, vt ef.

Nanque poteſtatem non mutat ſpiritus vlli.

Littera φ apud Gręcos valet p & h. Et ph apud Latinos idem efficit quod f. h tamen aſpiratio nullam literæ proprietatem aut vim mutat.

Quid, quòd habet mutæ vim totã, et cõuenit antè, Mobilibus liquidis? ſic flãuus, ſic frẽmo profers.

F videtur quodam modo mutæ vim habere. Nam liquidis præpoſita nunc breuem ſyllabam efficit, nunc longã, vt in his dictionibus, fremo, & flauus.

Omnis in hoc numero uocalis ponitur anceps:

Non vt apud Graios, vbi ſtricto iure tenentur.

Vocales Latinæ ſunt ancipites: nam a, breuis & longa poteſt eſſe. In dictione amo, eſt breuis, & in dictione fabula, eſt longa: ſic eſt & de aliis vocalibus. Vocales autem apud Græcos ſemper aut longæ ſunt, au breues. Nam η & ω ſemper longæ ſunt, ο & ε breues. Etiam α, υ, & ι communes ſunt.

Nulla vnquam tenuit vocales ſyllaba binas,

Ni coeant ſimul, & diphthongi nomine quadrent:

Quattuor iſta modis fieri, connectio ſueta eſt.

Aũlæ erit exemplum, fœlix, atque eũrus in illa.

Quinta fere exoluit pacto diphthongus eodem:

Scribe graueis tamen hac: tentabunt pabula fœtas,

Quiſqui s ab antiquis ſcribendi congeris vſum.

Duæ vocales non poſſunt vniri vna ſyllaba, niſi fiat diphthongus. Eſt enim diphthongus duarũ vocaliũ in eadem ſyllaba vim ſuam retinentium complexio. Sunt autẽ

quatuor,æ,vt musæ.œ,vt fœlix:au,vt audio:eu, vt eurus, & vna Græca ei,vt graueis,omneis,qua apud antiquos in frequentißimo vsu fuit,nunc autem pene exoleuit.

I solet,úque simul natiuam amittere vocem,
Consona facta,I ŏuis,V ĕnus hoc ostendere poßũt.
Vtraque conuerti facilis,retroque referri.
Troõia,gãza velut,Troiæ qui primus ab oris:
Et verbum sõluo,dux longa pace solutus.
Si vicibus mutantur,& in sua iura recedunt.

I & u vocales,aliquando consonantes efficiuntur, quando præponuntur in eadem syllaba reliquis vocalibus,vel etiam sibi,tunc nec vocalis vim retinent,nec diphthongũ constituunt:vt ianua,ieiunus,adiicio,venus,volo vult. Et aliquando in vocales reuertuntur,vt in soluo, u consonãs est,& in solutus, est vocalis:id tamen non semper fit,quia in nominibus Græcis solũ est vocalis:vt I E S V S, Iason, Ioseph trisyllaba. Vnde Iuuencus,A Egyptum cum matre simul transportat Ioseph.

I quoque,vbi posita est vocales inter,vtrinqae
Fit dupla,& crassas extendit murmure voces.
Cãius vt est,tamen hãc voluit geminare vetustas

Quando i ponitur inter duas vocales, fit consonans & duplex litera,quare antiquitus geminabatur:vt Caius dissyllabum,aio,baiulo. Antiquitus Caiius,aiio.

V quãdoq; sono manca est, vimque exuit omnem,
Ni liquidam dicas,quoniam resolubilis extat.
Suauis ibi,quercúsq; dabũt documẽta, vel anguis.

V post g,& s,aliquando post q,(vt dictum est)semper liquescit,id est,nec vocalis,nec consonans habetur,necpe nitus litera. Neque enim profertur vt vocalis,nec penit⁹ supprimitur, sed quasi languidiori quodam sono raptim pronunciatur:vt lingua,suauis,aqua,quercus. In quibusdam tamen per diæresim effertur, Ver.de liuore Phaleu. Non lux,non cibus est suauis illi.

Quasdam etiam dici liquidas uoluere Latini:
Mollior his sonus est,& qui persæpe liquescat.
Quin positæ ad mutas,uocalem quæ præit ante)
Si breuis est alias,communem incedere cogunt:
Sic ăper exit ăpri,tenĕbræ sic,sicut tenēbræ.

Hic est regula de liquescentiá,quæ talis est. Quandovocalem natura breuem sequuntur muta & liquida,eandem cum sequente vocali constituentes syllabam, ita tamen vt precedens vocalis in eadem dictione ponatur,ipsaest anceps in versu,in prosa vero correpta. vt recludo primā habet ancipitem,tenebræ mediam. Quod si talis vocalis,natura longa fuerit,non poterit esse communis ,sed semper erit longa.vt mater matris,& frater fratris. Duæ sunt veræ liquidæ,l,& r,& aliquando n,& m;Dicuntur autem liquidæ,quia fluunt & quasi intereunt post mutas positę in eadem syllaba

Syllaba dispositis surgit compacta lituris:
Subditur huic tempus. Nā si qua est longa, duorū,
Temporis unius breuis est. Ita syllaba constat,
Quanta sit,-

Literæ syllabas efficiunt,syllabæ dictiones,& dictiones orationem. Syllabæ autem tempus accidit. Est enim tempus debita prolationis mensura. Syllaba longa duo tēpo-

tahabet,& breuis vnicum:tantúmque temporis consumitur in prolatione vnius longæ,quantum in prolatione duarum breuium Neque hoc ignorandum, quãtitatem soli vocali inesse,syllabis vero etiam gratia vocalium : quarũ aliæ sunt breues,aliæ longæ,aliæ ancipites.

& iunctas signant fastigia voces.

Apices,quos titulos vocant,positi super literas coniungunt simul multas syllabas,& in numerum literarum arctiorem cogunt:vt si dominus septem literarum his trib⁹ solum literis scribatur,sic,dñs.

Quæcunque est inter primam verbi,atq; supremã,
Hanc mediam dicunt:medias ita dictio plures
Continet vna simul que lege tenentur eadem.

Omnis syllaba,aut primum,aut mediũ,aut vltimum locum obtinet:seu,Triplex est syllaba,prima,media,vltima Nec inconueniens erit si aliqua dictio plures medias habeat,vt amauerimus.

Quæ venit ante aliam vocalis corripietur:
Sic via,sic deus est,fio producitur vsque,
Dum subit,r,voci,fierem,fierique notando.
Omnibus est anceps genitiuis syllaba in ius.
Casibus in quintæ,quando i subscribitur, extat.
E longum choream, plateam, communiter effert.

Vocalis ante alteram vocalem in latinis dictionibus semper fere corripitur,vt via.In Grecis vero dictionibus sæpe inuenitur producta:vt pierides,aer,laodamia.Exceptiões quinque sunt.Prima est,hoc verbum fio producitur vbicũque abest r:vt fiebam,fiam,fiet Vbi vero adest r, corripitur:vt fierem, fieri. Suffio & infio corripiuntur , quia à fio longe dissident. Defio autem & confio producuntur

vbi r,abeſt. Secunda exceptio. Pronomina ſecundæ decli nationis,& nomina habentia ſecundam declinationẽ pro nominum,variant i ante us, vt vnius, illius, ipſius,ſolius, quę in proſa tantum producuntur. Alius in genitiuo tantum producitur. Alterius ſolum corripitur. Tertia Nomina quintæ declinationis producunt e ante i in genitiuis, datiuíſque ſi præcedat i,vt ſpeciei. Si vero i non pręcedat, corripiunt,vt fidei,ſpei,rei. Quarta, Ohe interiectio exclamantis variatur. Quinta; Pompei,Cai, Stai, Vultei, & ſimiles vocatiui producuntur, & vbicunque i conſonans in vocalem vertitur. Martialis libro ſecundo. Quod peto da Cai,non peto conſilium, Chorea & platea variantur, licet Græce ſcribantur per ει diphthongum.

Diphthongus longa eſt.

Omnis diphthongus ſemper longa eſt,tam in Gręcis dictionibus,quàm in Latinis, In Gręcis quidem etiam ſequẽte vocali,vt A Eacus,æetias. In latinis, vt muſæ, fœlix. Interdum véro ſequente vocali corripitur: vt præuro, præeſſe,& omnia compoſita a prę ſequente vocali.

mora fit, ſi forte ſequatur

Conſona vocalem duplex:ita piſcis & axis,

Vocalem longant:ita nōx,ita māius habentur.

Poſitione,ſyllaba ſemper longa eſt. Fit autem poſitione longa ſeptem modis. Primo cum correpta vocalis in duas deſinit conſonantes,vt hoc verbum eſt. Secundo, cũ correpta vocalis excipitur a duabus conſonantibus,vt eſt prima huius nominis,agricola. Tertio,cum correpta vocalis deſinit in duplicem conſonantem,vt iudex. Quarto,ſi ſequens ſyllaba a duplici incipiat,vt axis. Quinto,ſi deſinit in conſonantem,& excipiatur ab i vel u nō vocalibus, vt, Ab Ioue principium muſę, Ab Ioue,dactylus. Sexto, cum correpta vocalis deſinit in conſonantem,& ſequens itẽ à

consonante incipit, tam in eadem dictione, quam in diuersa. In eadem, vt arma. In diuersa. vt, At regina graui: At re, spondæus. Septimo, si inter duas vocales fuerit vim habens duplicis consonantis: vt Troiaque nunc stares. idem facit u in præteritis perfectis verborum: vt amaui, repleui, petiui, audiui. Et in deductis ab eis: vt amaueră, repleueram, petiueram, audiueram, &c.

Sto, fero, scindo, bibo, do, findo, collige raptim,
Præterita in primis, aliàs dissyllaba produc.

Præterita dissyllaba producunt priorem, vt laui, foui, vidi. Tolluntur sex, bibi à bibo, dedi à do, fidi à findo. scidi a scindo, steti a sto, tuli a tollo cum suis compositis. Fui autem & rui & similia corripiunt primam vocalem ante vocalem. Autor intelligit tuli a fero.

Sumis (tum) lector, queo, cum sero, stoque, sinoque.
Et lino, cúmque citum, ruo, do, reor, omne duarum
Tĕde supinū aliàs, & ab hoc quæcunque creātur.
Hic tamen acci: us, stāturus, longa nōtabis,
Ambītúsque simul, quibus excītus sociatur.

Supinum dissyllabum producit primam, vt notū, visum lusum. Excipe quitū a queo, satum a sero. Sunt qui addūt statum a sto, quod tamen producitur secundū Priscianum Notandum præterea a statum composita i penultimā corripere, vt adstitū, constitum, prest'tum, a vero producere, vt a statum, præstatum, constatum. Situm a sino, litum a lino, citum a cieo es: nam citum a cio is: quartæ producitur, vnde accitus, excitus, ab eo deductaproducuntur. Rutum a ruo, datum a do, ratum a reor. Aldus adiungit itū ab eo. Ambitus participium ab ambio producitur. Sed cum nomen est, corripitur. Adde quod supinum non dictum mutans vi syllabam in tū, producit vocalem ante tum, vt ex-

peditũ,petitũ:hinc nomina,expeditus, expeditio. Sed vbi a,in i,mutatur,fit contra primitiui naturã correptio,vt clamatum, clamito,sic esum, esũrio. Solutum,volutũ, & oblitum ab obliuiscor(nam ab obliuo corripitur) producuntur,licet non recte formentur.

In reliquis præsens hæc tempora cũcta sequuntur.

Sic cŏlo dat cŏlui. Sic uerbum ămo format ămaui.

Tolle tamen pŏtui,gĕnui ex illis,pŏsuique.

Quanta est præsentis prima syllaba,tanta est præteriti, nisi vocalis ante vocalem,aut positio, aut consonantis mutatio impediat.vt amo primam corripit ita & amaui.sic colo,colui. Tolluntur potui,á,possum:posui,á,pono:genui, à,gigno. Et hæc quinque producuntur à,do,das,dêmus, dêtis,dêtur,dêmur,& dêmini.

Præteriti geminata breuis stat syllaba semper.

Præterita geminantia principium,primam & secundam syllabas corripiũt,vt tetigi, peperi: nisi positio impediat, vt spopondi,fefelli. Excipe cecidi,à cedo.& pepedi à pedo,quæ solum primam corripiunt. Adde quòd compositũ simplicis regulam imitatur.

A,præ,se,de,pro,simul E,di longa reponas

Compositis:dĭrimo tamen hinc tolle,atq; dĭsertus.

Prępositione cognoscitur syllaba. Præpositio enim quãta est in appositione,tanta in compositione esse debet vtsi hęc præpositio,in corripiatur in appositione,vt si dicas,in hostem:ita & in cõpositione corripietur vt in hac dictione,inermis,ineptus Item,à,è,pro,de,præ,se in compositione producuntur,vt amitto,edisco.prodo,deduco,præfero seduco:nisi interdum sequente vocali,vt apud Vergilium Vnda dehiscens &, Sudibusve preustis. Notandum premo,precor,deprecor,preces interpres,interpretor,pretiũ, prehendo,comprehendo, vnde per synæresim prendo,cõ

prendo, non esse à, præ præpositione, & ꝓpterea corripi. item di, vbiq; producitur, vt diduco. Præterquam in dirimo, & disertus. Pro, in Latinis semper producitur. vt ꝓfero. Excipiuntur procella, profugus, proteruus, pronepos, ꝓficiscor, propero, profecto, profestus, profanus, profundum, profiteor, professus, profusus, profugio. Nam pro, in Græcis, corripitur, vt prolepsis, propheta, prometheus. Variatur propino, procuro, profundo, propello, propago verbum. Nomen pro vite producitur: pro progenie corrip.

Ad, sub, ab, inque, per, ob, re, bi, bis, cõtraria sunto:

Ni positu longę fiant, bīga excipe tantum.

Hæ prępositiones, ab, ad, bi, bis, in, ob, per, re, sub corripiuntur, vt abeo, adamo, bilinguis, inundo, obaudio, perimo, refero, subeo. Refero autẽ pro distare & interesse producitur, quia à nomine res deflectitur, biga autem longũ est. Item tri in compositione corrip. vt triceps tricorpor. Quod si positio aliquando adsit, producuntur, vt ingrat⁹, ingredior, obduco, perscrutor. Adde quod eædem præpositiones, compositæ cum iacio, producuntur, vt abiicio, adiicio, obiicio, subiicio, reiicio, coniicio.

Omne suam sequitur, qua fluxit origine, verbum.

Sic scrība. à scribo, nomen fit mobile verbo.

Deriuatiui tanta est syllaba, quanta primitiui, vt amor, corripit primam, quia deriuatur ab amo, cui⁹ etiam prima corripitur. Legi præteritum, priorem producit, ergo etiam legeram, legissem, legerim, legero, Legisse primam producunt. Hic tamen modus habet exceptiones duas, quæ sequuntur.

Sunt breuia ista tamen deducta ab origine longa

Et mănus, & tĭtulus, frăgor, & frăgilis, dŭce, ărista,

Deducta à breuibus sic producenda notantur,
Rēgula, iūcundus, stāturus, sæcula, vōmer.
Vitupero, rēmus, tum cāsus: iūnior, hūmor.
Tēguláque: humanus, lēgis, lāternáque, rāpum,
Cāseus, & tōtus, vōcis, iūmentáque, rēgis.
Vīginti, bīnus, dēnus, trīnus, quoque nōnus.
Iūgera, vēna: quibus sēdes, & mācero, pētus.
Sērius, & nēquam: fēralis sūmma, vīres
Vōciferor fōmes, cēritus, sēcius adde.

Hæc est secunda exceptio, in qua enumerantur à breuibus deducta, primam tamen producentia: vt regula a rego: iucundus a iuuo: staturus a sto. sæculum a sequor, vel à sene vt vult Varro. vomer a vomo: vitupero a vitium & paro. remus, remex, remigo, remigiũ, a remeo vel remoueo: iuuior a iuuenis: humor ab humus. tegula a tego: humanus ab humus: lex legis a lego: laterna a lateo: rapum a rapio: caseus a cado. Varro a coacto lacte vult dici: vel coacto. Festus vero Pompeius a coeundo. totus a tot. vox vocis a voco: iumentum a iuuo: rex regis a rego: viginti a bis decem: binus a bis: denus a decem: trinus a tribus: nonus, a nouem, iugerum a iugũ: vena a venio: sedes a sedeo: macero a macer: petus a peto: nequã a nequeo: vires a vireo, & viresco pro vires acquiro: vociferor a voco, fomes & fomentum a foueo. ceritus a ceres. serius a serus. pedor a pede, secius a secus. feralis, a fero vel ferendo. sumen a sero, quasi serimen. item iumentum a iuuo, mobilis a moueo, gradiuus a gradus.

Non ego cuncta meo lector quærenda labore
Esse puto, restabit enim, ventura quod ætas

Quærat, & ut studio quisquam se exerceat illo.

Omnia regulis subnectere ingens est labor. quare author prudens omittit quæ futura sæcula exercitio neutiquam neglecto in lucem adferent. His enim multa curiosa lectoris diligentia potest ex Varronis libris de etymol. quæ à natiua voce degenerant in extensione, aut correptione. vt temo à tenendo, gladius à clade, scabellum à scamno, pratum quasi paratum. Puteus corrip. à puto, veru à vertendo, collis à colendo, fruges à fruendo, fructus à ferendo, mobilis à moueo, & similia.

A quo deflexum recto reducitur isthuc,
Sic lĕgo fit lĕgerem, lēgi lēgisse parabit.
Præteritum sua nãque tenet, sua tempora præsens.

Tempora deducta à præsenti, ipsum insequuntur. vt lego, primam corripit, sic legebam, legam, legerem. Et deducta a preterito, ipsum imitantur. vt legi, primam producit: sic legeram, legissem. legero, & legisse.

Ipsa suum simplex coeuntia iure sequuntur.
Quod si forte tibi primaria syllaba verbi
Simplicis ignota est, te compositura docebit:
Pōnere præpōno notat, & condūcere dūco.

Compositio syllabarum quantitatem demonstrat accentu. Seu, compositum sequitur simplicis regulam & contra, etiam diphthongo, aut vocali mutata, vbique tamen obseruandæ sunt regulæ positionum, vocalis ante vocalem, vt ludo, primam producit: colludo mediã similiter producit. taceo primam corripit: subticeo mediam itidem corripit.

Sæpe per accentum, quanta est, te syllaba fallit.
Corporibus dicẽs, põ negaret, ut est, breue quisquã.

Sed tu protuleris modo corpŏris, ilico noſces.
Nam numerus verbo nimium ſi excreuerit vlli,
In breuius redige, aut alia hoc ope nitere lector.

Syllaba accentu cognoſci poteſt. vt ſi neſcias quanta ſit ſyllaba po, in dictione corporibus, confugias ad corporis. Po, autem in corporis corripitur, in corporibus igitur corripietur. Idem accidit in compoſitis. Nam ſi ignoras quanta ſit prima huius dictionis potens, cognoſces ex compoſito impotens, eſſe breuẽ, quod oſtendit accentus in penultima factus. Item accentu cognoſcitur penult. ſyllaba, quę ſi vel acuitur, vel circunflectitur, longa eſt, vt fortûna, românus. Si autem grauatur, breuis, vt dómimus. Excipiuntur deinde, exinde, perinde, proinde, ſubinde, aliquando, ſiquando, nimirum, duntaxat, enimuero, &c. in quibus antepenultima acuitur, tametſi longa ſit penultima, ne ſcilicet binæ dictiones videantur.

Fit breue cōpoſitum, quandoque ex ſimplice lōgo,
Agnĭtus hoc monſtrat, cum pronŭba, & innŭba lector.
Deiĕrat à iūro, ſic infĭo, ſuffĭo cedunt.

Quanta eſt ſimplicis ſyllaba, tanta & compoſiti eſſe debet. Prḝter innuba, pronuba, deiero, peiero, cognitus, agnitus, infio, ſuffio, maledicus, cauſidicus penultima correpta, quanuis nubo iuro, notum, fio, dico, primam producant. Item ſemiſopitus, antepenultimam corripit, quæ in ſopitus eſt lōga. Ambitus participium penultimam producit ad differentiam nominis ambitus. Comitium, antepenultimam producit, ex con & itum compoſitum. & conuitiū ex con & vitium. Feſtus a viris in quibus fieri ſolet, vel a vocum multitudine deriuari putat.

Sæpe aliquam doctis placuit geminare poetis,

Rēlliquiæ velut, & reddūco, rēlligioque.

Quædam sunt dictiones, quæ in metro gemina scribenda sunt consonante, vt re breuis præpositio, positu intendatur. exempli gratia, repperi, reppuli, rettuli, relligio, relliquiæ. in prosa vero & oratione non ita scribuntur. sic (inquit Aldus) littera, littus, quattuor, terra in metro geminãt consonantem vt producant primam positione, quę naturaliter breuis est. Descendunt enim a breuibus: vt littera, a lino. littus a litando: quatuor, simplici t debere scribi, ostendit quater ab eo aduerbium. terra, a terendo.

I breuis in medio sit: velut armĭger. excipis inde

Qualīcunque, & vbīque tamen, nec perstat ibīdē

Quantīcunque & plerīque, & tibīcen, vtrīque

I compositione medium, corripitur. ut agricola, armiger. Sed quanticunque & qualicunque i. producunt, ratione genitiui aut datiui in i. Vbique, plerique, ibidem, vtrique; tibicen producuntur. vndique corripitur. Aldus vult tubicen corripi: tibicen vero produci. Alciatus, Neptuni tubicen cuius pars vltima cœtum Æquoreum facies iudicat esse deum. Horat. Qui pythia cantat Tibicen didicit prius extimuítque magistrum.

Hic, vbi se rectus reliquis in casibus auget.

A longum, E que scies, simul o: sic profer eārum

Musārum, quōrum, dominōrum, sicque diērum.

V breuis, ique manet verubus grauibusque notabunt.

Crementum nominis est excessus obliqui in syllaba, uel syllabis supra nominatiuum eiusdem numeri. vt puer pueri, domini dominorum. In plurali autem cremento, a, e, & o, producũtur. vt musarum, dierum, dominorum. Sed i, & u corripiuntur, vt patribus, verubus. Excipe famnis famni

is, delphin delphinis, tellus telluris, salus salutis, & similia n quibus i, & u in singulari producuntur.

A L I S vt in neutro producitur, adiice nāris.

Omnibus AR neutris: cùm mascula corripiantur.

Sed iubar, & nectar, vel epar. sālis. excipe ab illis

Præter anas, producis ab as, vbi casus abundat.

Sic pietas pietātis habet sed ădis breue perstat.

Si te lateat in nominatiuo quanta sit vltima, cognosces plerunque accentu genitiui crescentis. Hic autē tres enumerantur regulæ. Prima est, Nomina neutra in al, producunt alis in genitiuo. vt animal animalis: masculina vero corripiunt. Vt sal salis, hannibal hannibalis. Secūda. Nomina in ar neutra producunt aris in genitiuo. Vt laquear laquearis. Excipe nectar nectaris, iubar iubaris, hepar hepatis, par paris, far farris positu extenditur. Tertia, Nomina in as, atis producunt. Vt pietas pietatis. Excipe anas anatis, & vas vadis.

An longum. sed & ax, profertur casibus istis.

Dropăcis hinc, făcis, atque abăcis, corax tamen aufer

Nomen in an. producit genitiui penultimam. vt titan titanis, pan panis, aut panos rectius. Sed nomen in ax corripit: vt dropax dropacis, fax facis, abax abacis. Excipe thorax thoracis, corax coracis, syphax variatur.

El, en, es tendis. paries, aries, seges, & pes.

Et teges, & teres, atq; abies, & præpes, hebésque,

Interprésq;, ceres, quibus omnibus est breuis vsus.

Hic sunt tres regulæ Prima, Nomen in el genitiui penultimam producit. vt daniel danielis, michael michaelis, Secunda, Nomen in en, genitiui penultimam producit,

nisi inis faciat. vt carmen carminis quia corripietur. syrē, syrenis, splen, splenis, ren renis. Tertia, Nomen in es, si e, in genitiuo retineat, illud producit. vt hæres hæredis, magnes magnetis, lebes lebetis. Excipe paries parietis, aries, arietis. seges segetis, pes pedis, teges, tegetis, teres teretis, abies abietis, præpes, hebes, interpres, ceres, indiges, Si vero i, in genitiuo retineat, corripitur. vt miles militis, satelles satellitis, diues diuitis.

In quoque producunt, delphīnis vt & salamīnis,

Nomen in in, genitiui penultimam producit. vt delphī delphinis.

Er breue comperies: vēr lege excedit ab illa.

Et quibus ad Latios, ēris transfertur ab ηρ

Vt pariter, crater, secus est, vbi dixeris aēr.

Nomen in er genitiui penultimā corripit: vt mulier mulieris, pauper pauperis. Excipe ver veris. Et nomina græca in quibus η vertitur in e, longū: vt χαρακτὴρ, χαρακτῆρος, character characteris, κρατὴρ κρατῆρος, crater crateris.

Is breuiter crescit, longo monosyllaba fine.

A lapis vt lapĭdis: sic lis fit mobile litis.

Nomen in is corripit genitiui penultimā. vt lapis, lapidis. Monosyllaba vero ꝑducūt, vt glis gliris. Similiter quę habent itis in genitiuo: vt dis ditis, sic samnis samnitis, quiris quiritis, lis litis.

Ni grĕgis exciperes, Ex longum (ut rēgis) haberes:

Ni quoque (vt in silĭcis) mutetur litera voci.

Nomen in ex, e, in genitiuo retinens, genitiui penultimam producit: vt veruex veruecis, rex regis. Excipe grex gregis. Quod si e, in i, mutetur, illud corripit, vt salix salicis, podex podicis, vertex verticis. vibex vibicis produci-

tur solum.

Adiectiua per ix, necnon muliebria, tende.
Præter onix, histrix, pix, nix, natrixque, salixque,
Coxendixque, filix, laricis, stygis, & strigis adde.
Mascula præterea producta sequentia mastix
Phœnicis, bombix, ceix, spadix, sandixque.

Nomen adiectiuum in ix, producitur: vt fœlix fœlicis, vltrix vltricis, pernix pernicis. Similiter nomina fœminina, vt cornix cornicis, radix radicis, præter hæc onix, vnde sardonix, histrix, pix, nix, natrix pro serpente, salix coxendix, filix, larix, stix, strix, erix, appendix. Masculina vero producuntur, vt mastix fœmininũ corripitur apud Serenum, Mastichis addentur iam fractæ milia farra. Est autẽ lentisci resina. phœnix phœnicis, sandix sandicis, spadix spadicis, bombix bombicis. excipe varix.

Dæmonis, o, breuiat, præter penè hoc, legis ōnis.
Fœmina, mas, commune simul, nũ propria, produc.

Nomen in on est incertum. multa enim producuntur, vt Simon, Sinon, Amydon, Colophon, Salomon. Ista vero corripiũtur, dęmon, canon, Agamemnon, Ixion, pęon, lycaon. Quædam variantur, vt egeon, gedeon, orion.

Or quibus accrescit. deme indecor, & memor, arbor,
Rhetoris, o breuis est, neutris, propriisque notatis.

Nomen in or producitur, vt color coloris, decor decoris Excipe neutra, marmor marmoris, æquor æquoris. Et nomina Græca, vt rhetor rhetoris, Nestor, Hector. Item memor & arbor, corripiũtur. Et omnia composita a decus &

corpus. Ador variatur.

Si quod ab V recti creuit, breuiabit o semper.

Sic pecus hoc pecŏris: sic est ebur, & breue corpus

Nomen in us genitiui penultimam corripit, si o in genitiuo seruetur. vt corpus ris, pecus oris. Comparatiua vero producuntur. vt hic & hæc melior & hoc melius, genitiuo melioris, hic & hæc peior & hoc peius, peioris.

Obs scrŏbis, ops, inŏpis, paucissima corripientur,

Nomen in bs, & ps, corripitur. vt lelaps lelāpis, inops inopis. Produc tamen plebs plebis, gryps gryphis, cyclops cyclopis. Item conops & hydrops.

Cappadŏcis præter, bŏuis; & crescentia, præcox.

Longum erit os, simul ox: sic mōris, sic lege vōcis.

Nomina in ox genitiuos faciunt per ocis penultima lōga. vt ferox ocis, celox ocis. Excipe præcox ocis, cappadox ocis. Item nomen in os, genitiui penultimam producit. vt mos moris, flos floris. Excipe compos potis, bos bouis. Græca a suis authoribus pete. Sunt enim varia, vt herôs herois, minos minois, ægoceros ægocerotis.

Vtis ab us crescens, ūris producit & ūdis.

Nomen in us, quod habet in genitiuo vtis, udis & uris, producitur. virtus virtutis, incus udis, ius iuris.

Dictio in ux patrio longa est, monosyllaba præter.

Lux tamē hinc demis, sed in ur correpta manebūt

Vt ligur, vt turtur. sine fur tamen esse seorsum.

Hic sunt duæ regulæ. Prima, Nomen in ux, genitiui penultimam producit. vt prorux prorucis, halux halucis. Excipe monosyllaba. vt nux, crux, trux, dux, lux, lucis tantū producitur. Corripiūtur item volux, redux irredux. Secū-

da, Nomen in ur corripitur. vt ligur liguris. murmur mur muris. Excipitur fur furis.

Est etiam, vt videas, quo crescant verba tenore,

Dū legĕris profers, & dum tu deinde legēris

Dū sequĕrer sequerēris, ais, multū inter in illo est.

Postquam de crementis nominum latius egit, superest de verborum excrescentiis tractet. Nec tamen id ignorādum est verbi incrementum metiendum esse supervocalē quæ fit vltima in secunda persona singulari præsentis indicatiui modi.

I breuis in terna est, quarta hanc inflexio profert,

Sic lĕgĭmus dicunt vulgo, sic deinde peti nus.

In vi præteritum semper productilis est vox,

Audīui exemplo est, quæsīui, & lector amāui.

Longa velim, simque i, faciunt, sic verte velīmus:

Passim alibi breuis est crementis ista secundis.

I in primo cremento verborū tertiæ coniugationis semper corripitur. vt legimus, currimus. Sed in cremento verborum quartę coniugationis producitur, vt audiuimus auditis, audiris, audire. Prętꝫrea cum post i, subit u digamma in prętꝫritis perfectis īdicatiui, & ab eius deductis, producitur. vt cupiui, cupiuerā, audiui audiuerā. Itē in verbis volo & sum, cum compositis i, producitur. vt velimus, simus, possimus. Nolo etiā producitur, vt nolite. Prima tamē persona pluralis præteriti perfecti quartæ coniugationis corripit penultimā. vt audiuimus. Similiter in omni coniugatione primæ & secundæ personæ plurales præteriti perfecti subiūctiui. In rimus & ritis corripiūtur in penultima, amauerimus, amaueritis, docuerimus docueritis. Poetę tamen aliquando producunt, quos imitari licebit dummodo id parcè fiat. Ennius. Nec mi aurū posco, nec mihi pretiū,

dederitis. Ouidius ſexto Metamor. Accepiſſe ſimul vitam dederitis in vndis. Sed in futuro eiuſdem modi producun tur, vt accentu præteritum a futuro diſtinguatur. Poſtremum ſupina in atum & itum a præteritis perfectis in iui, vel aui producunt penultimam, vt amaui, atum: petiui, itum.

O ſemper longum eſt. breuis u creſcentibus aſtat,
Poßūmus vt dicas, legitōte, & talia cuncta.

O in incremento verborum producitur. vt amatote, legitote. v vero corripitur, vt volumus, poſſumus.

Vltima dicendum eſt, quanta extet ſyllaba voci
Cuilibet. In primis, mediiſque vagabere paßim,
Multa legens: nam quis diffuſam comperiet rem,
Inque nouas leges coget? Probus author in illo
Sudari fruſtra putat. haud ego murmure longo
Suſtineo quenquam, placet omnia dicere paucis
Quæ rata ſint verbis, & te breuitate iuuare.
Qui velit, hæc ſcribat, longóque accepta labore
Colligat, & multis dociles ſermonibus aures
Turbet, vbi tamē hanc nunquā ſatis explicet artē.

Relictis primis mediiſque ſyllabis vltimas edocere ſtudet. Primæ enim ac mediæ nulla via melius cognoſci poſſunt quam multa & aſsidua poetarū lectione, quia eas regulis comprehendere eſt difficillimum, potiúsque puerorum ingenia confundere. Quare vltimas tantum ſe paucis conſcripturum profitetur.

Ordinibus cunctis genitiuus longus habetur.

Is breuis est ternæ, prolixum pone datiuum,
Pone ablatiuum, sed E tertius excipit ordo.
Plurali rectus, cúmque accusante vocator
Longus erit, quanquam est neutris breuis omnibus vsus.
Casibus Is longū est, sed Bus breue pone, duobus,
Quod semel exposui generali candide dicto
Iam satis est lector: neq; enim per longa morabor.

Omnis declinatio nominum, producit vltimam genitiui: excepta tertia. De prima, vt musæ, de secunda, vt domini: de quarta, vt manus. de quinta, vt rei. Panis autem tertiæ declinationis, corripitur. Similiter producit datiuū & ablatiuum. Excipitur tertia declinatio, quæ corripit ablatiuum. De prima, vt huic musæ, & ab hac musa. de secūda, vt huic & ab hoc domino. de tertia, vt huic pani. Pane autem ablatiui casus corripitur. de quarta, vt huic manui, & ab hac manu. de quinta, vt huic rei, & ab re. Itē omnis nominatiuus, accusatiuus, & vocatiu⁹ pluralis numeri, producitur. Sed nomina neutra corripiūtur. Insuper datiui & ablatiui plurales producunt is : sed bus corripiunt. Hic est breue & sufficiens de declinationibus documentum.

A fini longum est, sed casus corripit illud,
Præter ablatiuum, graióque ex nomine quintum.
Vltra, ita, vel quia, cū frustra, puta, mixta legūtur.
Longa tamen crebro, ginta communiter exit.
Qui finit numerus, breue quadrigentă manebit,
Et si quod simile est, toties hæc regula fallit.

A finita producuntur. vt ama, contra, præterea, musa ab latiui casus. Sed hic modus habet exceptiones tres. Prima Nominatiui, accusatiui, & vocatiui sin a corripiuntur. vt hæc musa, & o musa, præter vocatiuos a nominatiuis græcis in as vt o Aenea. Et Greca in a productum, vt nemea tegea, lerna. item geometra, planeta, poeta, & similes vocatiuos corripimus, licet geometres, poetes, planetes legãtur, quia ab es vocatiuum in a, nullum corripimus sine Latini poetæ testimonio. Secunda, Puta aduerbium ita, quia postea corripiuntur, sed contra & vltra communia reperiuntur. Tertia, Nomina numeralia in ginta, finalem habẽt indifferentem, rectius tamen producuntur: vt quadraginta. Adde quod interiectiones ah, & vah producuntur. item mna monosy. liabum cuiuscunque sit casus, producitur.

E breuis est. Græcis muliebria longa feruntur:
Sic quæ o finito veniunt aduerbia casu
Deducta, vt pulchrē. longóque E verba secundæ,
Cum quarē produc fermēque, ferēque, famēque,
Et monosyllaba. Sed nĕ breuis, dū cōnotat an. sit.
Nunc sunt longa, vale, caue, nunc correpta legũtur.
Quintus at in Græco, cum sexto longus habetur.
Dic benĕ, dic malĕ, & huc generalia cōgere dicta
Partim ita longa vides aduerbia, raptáq; partim.

E finita corripiuntur: vt mare, omne, rite. Sed hæc regula habet exceptiones quinque, Prima est, nomina in e, a Grecis in η, producuntur, vt πηνελόπη penelope, ὦ ἀγχίση, o anchise. Secunda, aduerbia in e, à datiuo in o, producuntur, vt docte à docto. pulchre a pulchro. Preter bene & male correpta. Tertia, imperatiua singularia secundæ coniugationis producuntur: vt doce. Sed vale & caue cũ corri-

piuntur,sunt a valo & cauo tertiæ coniugationis. Quarta,Monosyllaba in e, producuntur: vt me, te,se,de, præter encleticas coniunctiones,que,ne,ve,& in compositis: vt quisque,nonne. Nam quæ pronomen,& væh interiectio producuntur. Næ aduerbium,pro vtique & certe,similiter producitur. Nota in tute & tutemet corripit e. Quinta,Genitiui,datiui,& ablatiui quintæ declinationis in e producuntur:vt huius,huic, & a die,fide Item abhac fame.ferme,æque,& fere producuntur.

I produc. Pari corripitur:similesque cadentes,
Phillidi non secus est.tibi,cũ mihi,vbique,sibique
Et nisi,deinde quasi,vel ibi, communia sunto.

I finita producuntur:vt dei,fieri. hic modus duas habet exceptiones.Prima est,datiui & vocatiui in i, quorum genitiuus singularis in os correptum apud Græcos definit, corripiuntur,vt Palladi,Pari,Alexi,Secunda mihi,tibi,sibi,vbi,ibi,communia sunt. Sed nisi, & quasi solum corripiuntur.Cui sæpius monosyllabum est,aliquando etiam dissyllabum est,& variatur.

O varia est cunctis.sed eunt monosyllaba longe.
Ponis in hanc etiam, ceu verõ aduerbia normam.
Mutuò,crebrò,citò,cum sedulò in ancipiti vsu,
Et serò.at semper modŏ & illicŏ corripientur.

In o finita & corripi & produci possunt, vt leo,scribo. Sed hic modus habet quinque exceptiones. Prima,mono syllaba in o producuntur vt do,sto. Secũda. Aduerbia ex nominibus deducta tantum producuntur,vt tãto, quãto, falso. Variantur autem, sedulo, mutuo, crebro, ergo, sero,& profecto.Cito autem & quomodo corripiuntur. Tertia, Datiui & ablatiui in o, producuntur : vt. huic & ab hoc domino Quarta, Græca in ω magnum, producuntur:vt Dido,Io,echo:preterego Itẽ genitiuus in o,

vt androgeos androgeo,athos atho. Quinta.Duo & scio cum compositis corripiuntur

V longum est.nihil hinc demis,sic collige cornū.

In u finita producuntur:vt cornu,manu,diu.Sed notādum neutra in u,nominatiuo,accusatiuo, & vocatiuo corripi,in reliquis vero produci,Hæc Aldus.

In b,d,& m, t, breues cunctos posuisse videmus.

Sæpe tamen miror t,produxisse poetas.

Naso refert,cum voce abiīt,ego.Iunius inquit

Magnus ciuis obīt,& formidatus Othoni.

Siue licet doctis,siue hoc ita syncopa poscit.

B,d,m,t,finita corripiuntur:vt ob,ad,militum, caput. Barbara autem in b producuntur:vt Iob,Iacob.In t,finita nō nulli variari putant:sed rectius corripiuntur. Apud poetas,producta reperiuntur:vt fumat,pro fumauit.obit,pro obiuit.per syncopam.

C quibus est,produc.nĕc erit breue,lăc breue, donec.

Hic varium est casu-sed fāc qui corripis, audes

Nescio quid dubium: legitur tamen haud semel illud.

C finita producuntur,vt fac,dic,hic aduerbium. Excipe,nec,donec,& lac.Hic pronomen variatur ,sed rectius corripitur.

L breuiter pones:nil,sol,si exceperis inde.

L finita corripiuntur,vt Hannibal,fel,nihil,hinc demū tur nil,sol,& pol. Nomina Hebræa producuntur. vt Mi

chael, Iſrael, Daniel, Baal.

Omnia in N tendis, ſume hoc ex ordine forſăn,
Et tamĕn, exĭn, & ĭn vidĕn, ăn, creſcénſq; ſecundo
In caſu nomen, ſic pectĕn pectinis auget:
Cū ſyrēn capis hinc hymēn. productus in In ſtat
Rectus, in In quartus breuis eſt, ita tygrĭn habebis.

N, finita producuntur. vt titā. quin. ſed ſunt quatuor exceptiones. Prima eſt, Forſan, forſitan, tamen, attamē, & in, cum prole ſua, dein, exin, ſubin. ſimiliter an, viden. & quęcunque per apocopen ne habent. vt men pro mene, ten, ſcin, vin, ain, ſatin, nemon. Secūda, Corripe en habēs inis in genitiuo. vt pecten pectinis, crimen criminis. Item ſyren. Tertia, Accuſatiui in in; corripiuntur. vt alexin, tygrin. Rectus autem producitur. vt delphin. Et in an, à Græcis in a. vt iphigenian, æginan. Nam à nominatiuo in as, es, & e producuntur. AEnean, Anchyſen, Helenen. Quarta, Nominatiui & accuſatiui Græci in on, per o, paruum, corripiuntur. vt pelion, caucaſon, ilion, barbiton. Latini enim in um vertere ſolent.

R correpta venit: cratēr, æthērque, charactēr.
Cūr, & ibēr, panthērque, ſtatēr, producitur & fūr.
Aēr, nār, vēr, pārque, & ab hoc fit mobile ſi quod.
Adde illis lār, fārq; ſimul: cor, vt ingeris, aptū eſt
Verſibus: an tamen huc, dubium eſt, dolor & ſimile, addas.

R finita corripiũtur. vt Cęſar, amor. Sed hic modus habet duas exceptiones. Prima eſt, In ter, à Græcis in ηρ, producuntur. vt crater, æther, character, &c. Gręce enim κρατήρ, αἰθήρ, χαρακτήρ dicuntur. Præter pater & mater, quæ ſemper corripiuntur, licet à Græcis veniant πατήρ, μητήρ. Secunda, Ar, ver, far, lar, nar, fur, cur. Par cum compoſitis, diſpar, compar producuntur, cor vero commune eſt.

Omnibus as lōgũ eſt, ſecus eſt vbi lăpadăs inquis,

Pallăs & arcăs, & in graiis quæ talia multis.

2. As finita producuntur. vt foras. Sed hic modus habet duas exceptiones. Prima, Nominatiui in as, quorum genitiuus in dos deſinit, corripiuntur. vt pallas pallados, lampas, arcas. Secunda, Accuſatiui Græci in as, eorum nominum quæ per os mittunt genitiuum, corripiuntur. vt garamantas, aonas, phineas.

Es longum vates poſuere, vbi patrius auget

Se breuiter, caſus (milĕs velut eſt) breuiatur.

Inquiĕs, ĕs verbum, penes & pluralia Græca.

Aſt ariēs, pariēs, abiēs, lege longa, cerēſque,

Rēſque, fidēs, & ſpēs, cũ pēs: bipēs inde tamē ſit.

Es finita producuntur, vt partes, anchiſes. Hæc autem regula habet tres exceptiones. Prima eſt, Corripientia penultimam genitiui creſcẽtis, corripiuntur. vt diues, miles, ſeges. Præter aries, abies, ceres, fides, res, pes, bipes, paries, ſpes teres. Secunda, Nominatiui Græci plurales in es, corripiuntur, vt Naiades, Arcades, Thraces. Tertia, Es à ſum cum compoſitis, potes, ades, modi tam indicatiui, quàm imperãdi. Et penes, & inquies, corripiuntur. Nam es ab edo, es, producitur differentiæ cauſſa.

Is breuia trahimus ſicubi genitiuus abundat

Cum longa, vt ſamnĩs ſamnĩtis, iunge ſecundam

Personam verbi, cui declinatio quarta est,
Cũ is, cumq; velis, vis, & monosyllaba cuncta
Præter is, & quis, mis, bis, tis, quæ contrahis vsu.

Is finita corripiuntur, vt ignis, paris. Hæc regula habet exceptiones septem. Prima est, Producentia penultimam genitiui crescentis producunt, vt lis, samnis, dies. Secunda, Secundæ personæ singulares in is, quartæ coniugationis, producuntur, vt audis, nescis. Item, sis, vis, velis sis. Tertia, Monosyllaba in is, producuntur, vt vis. Præter is & quis nominatiuos mis, tis, bis, quæ corripiuntur. Quarta, velis cum compositis, malis, nolis producuntur. Quare in plurali penultima primę & secundæ personæ producitur. vt velimus, malimus, nolimus, velitis, malitis, nolitis. Quinta, secundę personæ singulares futuri subiunctiui, producuntur, vt dedero dederis, audiero audieris. Pręteriti vero perfecti eædẽ corripiuntur. vt dederim dederis, iusserim iusseris. Sed notandum inueniri apud authores is, futuri ultimam in singulari, & ri penultimam in plurali etiam correptas. Verg. sexto AEneid. Qvas non oraueris vrbes. Sexta, Datiui, ablatiui, & accusatiui in is, producuntur. vt his, & ab his dominis, quis pro quibus. hos fontis, partis, omnis, pro fontes, partes, omnes.

Protrahit os finem, sed cui genitiuus ŏs oßis
Additur, excipimus, sic Græcus in os breuis extat
Patrius: & neutri rectus muliebreque nomen.

Os finita producuntur. vt dos, honos. Hęc regula habet duas exceptiones. Prima est, Os ossis corripitur, similiter cõpos & impos. Secunda, Gręca in os per o paruũ, vt delos ilios, chaos, atropos, huius Aeneidos, tereos corripiuntur. Nam in os per ω magnum, semper producuntur: vt heros, minos, androgeos, & siqua sunt in os neutra, vt chaos.

Corripiemus in us, quæ sunt monosyllaba præter,
Et quibus extensum est casus finale secundi.

Sic lego virtūtis, tellūris, siue palūdis.

Certe ego, quòd veniat palūs in mea carmina nolim.

Flaccus vt est vsus vates. nā quæ vnus & alter

Author habet, quis in hunc, nisi crassa forte Minerua,

Ingeniique inopis, sine testibus, incidat vsum?

Vs finita corripiuntur. vt deus. Hęc regula habet exceptiones quatuor. Prima est, Monosyllaba in us, producuntur. vt plus, thus. Secunda. Producentia penultimā genitiui crescentis, producūtur. vt tellus telluris, virtus virtutis Notatur (inquit Aldus) palus paludis. Hor. in poetica: Regis opus, sterilísq; diu palus aptáque remis: quod defendi potest exclusione, s, literæ, correpta u: quemadmodū, Insulæ Ionio in magno: aut systolen fecit. Tertia. Græca in us: vt panthus, melampus, sapphus producuntur. A πούς tamen composita etiam corripiuntur: vt Polypus. Quarta, Genitiui singulares, nominatiui, accusatiui, & vocatiui plurales quartę declinationis producuntur. vt huius, hæ, has, & ò manus.

Hæc vt in admissam concedat syllaba vocem,

Tradidimus breuiter. quòd si tibi noster in istis

Angustus nimis est labor, atque hac deficis arte,

Vlteriora potes studioso acquirere nisu.

Hic author pro virili generales canones ad syllabarum quantitates dignoscendas breui, facilique complexus est methodo, Nec est quòd eius strictam viā improbemus tāquam inanē. Reliqua enim labore nostro, ex assidua poetarum lectione facile adinuenire poterimus. Nam omissarum vocum quantitatem cognosces exemplo, quoties ad

probati poetæ confugeris authoritatem. vt si dubites quã ta sit prior syllaba in vado, poteris ex illo Ouidij fieri certior: Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse.

Syllaba facta pedes facit, & pede carmina constant,
Longa secuta breuem, spartanum gignit iambum.
Huic contra, ex longa ponêre, breuíque trochææ.
Pyrrhe celer breuibus, longis spondee duabus,
Ite pedes, longam correptis dactyle binis
Ante fer, at contrà volat antidactylus illi:
Tot volucer breuibus tribrachus, longisque molossus.
Nacta vtrinque duas breuis est ubi syllaba longas,
Creticus efficitur: scolius contrarius illi,
Ante breues longas bacchius: contrà it autem
(Vt versura docet) palimbacchius eidem.

Syllabæ pedes efficiunt, ex pedibus autem carmen constat. Ex pedibus, alij legitimi, alij nothi. Legitimi sunt, ex quibus maxime vnumquodque metrum constat. Súntque metri cuiusque, proprij, vt spondeus & dactylus in heroico. Nothi vero qui rarissime metrum ingrediuntur, vt anapæstus, & proceleumaticus in eodem heroico.

Pedum
- Dissyllabi
  - Iambus v- dies
  - Trochæus -v panis
  - Spondeus -- musæ
  - Pyrrhicius vv deus
- Trisyllabi
  - Dactylus -vv currere
  - Anapæstus vv- veneri
  - Tribrachus vvv dominus
  - Molossus --- virtuti
  - Amphimacrus -v- charitas
  - Amphibrachus v-v venire
  - Bacchius v-- honestas
  - Palimbachius --v angustus.

Anapæstus pes dicitur antidactylus, quod sit dactylo contrarius. Amphimacrus dicitur cretic⁹, quia Cretéses saltãdo, eius rhythmica compositione vtebantur. Amphibrachus, dicitur scolius, quia habilitercomponitur scolio, quę est species citharæ. De his plura vide apud Aldum.

Sunt quibus accedit (potes hoc inquirere Lector)

Syllaba quarta pedes, immensum est omnia dici,

Reliqui pedes tetrasyllabi, sunt compositi ex simplicibus. Sed quia rarissimè inueniuntur, supersedere volui. De his autem amplissime tractat Aldus libro quarto.

Miscueris tenuem si quando ad carmen Homeri

Pentametrum, numeris dabit his elegeïa nomen.

Pentameter versus, qui quinque regionibus seu pedib⁹, constat, appositus homerico versui, id est, hexametro, facit carmen elegiacũ, vt Ausonius, Fortunã reuerenter habe-, quicunq; repẽte Diues ab exili progrediere loco. Et totũ poema elegia dicitur, ab eleos, id est, miseratio: quia homini dolores & adulescentulorũ amores hoc genere primũ scribi cœperunt. Nam elegia lugubre carmen est.

Exiguos elegos pedibus constare duobus

Maxima pars vatum sentit, da dactylon illis.

Spondeúmque grauem . nihil hoc in carmine iuris
Alter habet. cunctis est vltima versibus anceps.

Elegiacũ carmen duobus pedum generibus constat, dactylo & spondeo. Pentametrum enim quinque pedum regionibus conficitur. Prima recipit dactylum, vel spondeum. Secunda dactylum vel spondeum, quem consequitur syllaba longa: postq̃ veniunt duo dactyli comitati, altera syllaba longa, quæ coniuncta priori spondeum facit. vt, Si bene -vv florue -vv rit - vinea -vv bacchus e -vv rit -. vbi obiter notandum quod vltima cuiusque versus syllaba communis est.

Ponis in heroo semper promiscuè vtrunque.
Ius tamen in quinta (nam sex regionibus illud
Diuidimus carmen) soli tibi dactyle perstat.
Spondeus sextum sibi pes vice quærit eadem.

Heroicum carmen constat sex regionibus seu pedibus. Nam prima regio, secunda, tertia, & quarta recipiunt spódeum, vel dactylum. Quinta recipit regulariter solum dactylum. sexta recipit solum spondeum vel trochæum. Nã vltimæ, liberæ & exleges sunt.

Sæpe tamen quintum in versu pes occupat idem,
Chara deûm soboles magnum Iouis incrementũ.
Alter in alterius quoniam resolubilis extat
Tempora.-

Poetæ in quinta regione sæpe pro dactylo spondeum locãt. vbi rei grauitas & maiestas significatur, aut mœror aut languor: tamen id raro est cõmittendum. quare dicit carmen spondaicum: vt Vergil. Chara deûm soboles, magnum Iouis incrementum. Ecce, incre-- spondeus quintum occupat locum, loco dactyli. alter enim resolubilis est

in tempora alterius, quia cum dactylus & spondeus sint æquales temporibus, non est timendum cum singulis pedibus scanditur, aliud videri metrum quàm dactylicum. Solutio autem accidit pedi, cum longa syllaba soluitur in duas breues. Vnde spondeus recipere potest tres solutiones. Nam si soluas primam, facies anapæstum: si secundã, dactylum: si vtranque, proceleumaticum. Item sic Virgil. Sinonis mœstitiam expresit. AEneid secundo, Cõstitit, atque oculis phrygia agmina circunspexit.

Sunt etiam quibus vltima syllaba abundat:

Principio alterius connectit hypermeter illam,

Omne adeo genus in terris hominũq; ferarumque,

Et genus æquoreum.-

Versus hypermeter dicitur vbi versu finito manet sylla ba in m, vel in vocalem desinens, quæ à principio alterius versus absumitur.

-sed quod legis ăriĕtĕ crebro,

Hoc proceleumaticum, pedibus docet addier istis.

Heroicum carmen nonnunquam in quinta regione loco dactyli proceleumaticum recipit. vt Tityre pascẽtes à flumine reiice capellas. Sed id raro accidit: quod quotiescunq; facit. Virg. seruat locũ synçresi. vt in secũdo AEn. Labat ariete crebo Ianua. Et, Intexunt abiete costas.

Disce quòd angustis hærere in legibus amplos

Non deceat va es. magna est in carmine virtus.

Sæpe noui quicquam venia committere honesta,

Quod variè mentes lectorum ducat, & aures.

Satis compertum est liberiorem esse in scribẽdo poetã, quàm oratorem aut historicum, quod ostendit Quintilia

nus libro primo. Authoritas ab oratoribus vel historicis peti solet: nam poetas metri necessitas excusat, Poetæ enim multa licenter dixerunt, quæ admirari potius, quàm contemnere debemus.

Fluuiorum rex Eridanus Maro dicere posset.

Vergilius in versu hexametro in prima regione peregrino pede, vtpote anapæsto, vsus est. vt, Fluuiorum rex Eridanus campósque per omnes. sed id rarissimum est.

Pentametrum in partes doceo disponere binas.
Prima duos miscere pedes solet, húncque vel illũ
Continet, vt libitũ est, dehinc vltima syllaba restat:
Dactylus inde duplex parti solet esse secundæ,
Syllabáque ad finem quæ sit collata priori,
Iure pedis quinti numerum hoc in carmine cõplet.

Pẽtameter versus, duobus modis scandi potest. Primo in tertia regione ponitur spondeus. In quarta & quinta anapęstus, & in reliquis spondeus vel dactylus. Secũdo in prima regione & secunda ponitur indifferenter spõdeus vel dactylus. In tertia prima syllaba longa est, postea illi subiungitur dactylus. in quarta, dactylus. in quinta, vnica tantũ syllaba ponitur, vt in hoc carmine patet. Sed nos in vitium credula turba sumus. Primo, Sed nos -- in viti - vv um cre -- dula tur vv- ba sumus vvv. Secundo, Sed nos -- in viti - vv um - credula - vv turba su - vv mus v.

Tu quoque qui versus in partes digeris ipsos,
Misce modum, neu te mandatis subtrahe nostris.

Multæ in versuum scãsione figuræ accidũt obseruandę, quas qui ignorauerit, & veram metri scansioné. Quia sermonis tum soluti tum pedibus constricti delitię in figuris & tropis potissimũ sitæ sunt, propterea ab autore non in-

epte inter ſcribẽdum de arte verſificatoria, deſcribuntur. Pictura enim variis diſtincta coloribus magis quàm nuda & ſimplex, ſpectantium oculis placet: ſic oratio & ſoluta & ſtrictiori pedum lege coercita interſperſa figuris tropiſque tãquam ſuis floſculis magis quàm vndique ſui ſimilis auditores delectat. Quare autoris operam boni cōſulite, & quæ ab eodem omiſſæ ſunt, à nobis ad finem deſcriptas tum finitionibus, tum exemplis, grato animo accipite.

Contigerit vocis ſi quando in fine prioris
Vocalem poni, ſicque inceptare ſequentem:
Prima cadit, fiet ſynalœphe. ſic cadit antè,
(Fiat vt ellipſis) M litera. monſtrat vtrunque
Littora, mult' ill' & terris iactatus, & alto.

Synalœphe figura eſt, qua vocalis detrahitur, quoties in eam dictio deſinit, & ſequens à vocali inchoatur, vt, Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. Vocalis enĩ a, in dictione vita, abſumitur, quia ſequens dictio, eſt, à vocali inchoatur. Ellipſis ſiue Ecthlipſis eſt. m, literę cum ſua vocali detractio Et fit quoties dictio aliqua in m, literam deſinit, et dictio ſequens à vocali ſumit exordium. vt, O curuæ in terras animæ & cœleſtium inanes. Dictio enim cœleſtiũ in m, deſinit, & ſequens, inanes, à vocali i, ſumit exordiũ. Vtrunque exemplum eſt in hoc Verg. verſu, Littora, multum ille & terris iactatus & alto. Quem verſum dum metiris, dicere oportet, mult' ill' & terris iactatus & alto.

Hanc tamen aduerſus potuit Maro dicere legem,
Inſulæ Ionio, ſic deinde ſub Iliŏ alto.
Sæpe etiam vt longæ maneant, mirabimur illas,
Hæc Helenum cecinſſe penatigerō Æneæ.

Naſo tulit vates, ſic Iõnio immenſo.

In ſatyra ſcriptum eſt, tum propter plurima, tũ his

Vocalis ante vocalem non ſemper abſumitur, ſed aliquando corripitur. Verg. Vector apud rapidum ſimoenta ſub ilio alto. &, Inſulæ Ionio in magno quas dira celeno. Nõ nunquam etiam vocalis manet inuariata. Ouidius, Iactari quos cernis in Ionio immenſo, Verſus eſt ſpondaicus. adde, quòd ſæpe m, non interit. Iuuenalis. Viuendum eſt recte, tum propter plurima, tum his præcipue cauſis. Emendatiores tamẽ libri (vt cenſent nonnulli) tũ de his habẽt.

Perſtat item, ſi qua eſt vocalis dictio facta.

O vtinam tunc cum Lacedæmona claſſe petebat.

Vbicunque vocales integræ ſunt, dictiones nunquam abſumũtur ante vocalem. Ouidius in epiſtolis, O vtinam tunc, cu m Lacedæmona claſſe petebat.

Antiquum eſt etiam decidere falcibu' ramos.

Veteres s, literã interimere conſueuerunt: vt Lucilius libro 1 ſat. Quam neque Lucanis oriundi montibus capri.

Sæpe breuis totas præſcindit ſyncopa partes:

Vt, quoties raro duxti ſuſpiria motu.

Syncopa dicitur ablatio de media dictiõe, literæ vel ſyllabæ, vt dixti, pro dixiſti, cõmorat pro commouerat. Vergil. Manet alta mente repoſtum, id eſt, repoſitum. Eſt aũt illi contraria Epentheſis, quæ eſt additio litere vel ſyllabæ in medio dictionis. vt apud Verg relligio, pro religio & apud Iuuenalem ſaty. 4. mauortis pro martis.

Demit & apocope finem, ſic pone negoti.

Quem paragoge auget: ſic quicquam fungier inquit,

R finita corripiũtur. vt Cęfar, amor. Sed hic modus habet duas exceptiones. Prima eſt, In ter, à Græcis in ηρ, producuntur. vt crater, æther, character, &c. Gręce enim κρατήρ, αἰθήρ, χαρακτήρ dicuntur. Præter pater & mater, quæ ſemper corripiuntur, licet à Græcis veniant πατήρ, μητήρ. Secunda, Ar, ver, far, lar, nar, fur, cur. Par cum compoſitis, diſpar, compar producuntur, cor verocommune eſt.

Omnibus as lõgũ eſt, ſecus eſt vbi lãpadas inquis,

Pallas & arcas, & in graiis quæ talia multis.

As finita producuntur. vt foras. Sed hic modus habet duas exceptiones. Prima, Nominatiui in as, quorum genitiuus in dos definit, corripiuntur. vt pallas pallados, lampas, arcas. Secunda, Accuſatiui Græci in as, eorum nominum quæ per os mittunt genitiuum, corripiuntur. vt garamantas, aonas, phineas.

Es longum vates poſuere, vbi patrius auget

Se breuiter, caſus (miles velut eſt) breuiatur.

Inquies, es verbum, penes & pluralia Græca.

Aſt aries, paries, abies, lege longa, cereſque,

Reſque, fides, & ſpes, cũ pes: bipes inde tamẽ ſit.

Es finita producuntur, vt partes, anchiſes. Hæc autem regula habet tres exceptiones. Prima eſt, Corripientia penultimam genitiui creſcẽtis, corripiuntur. vt diues, miles, ſeges. Præter aries, abies, ceres, fides, res, pes, bipes, paries, ſpes teres. Secunda, Nominatiui Græci plurales in es, corripiuntur, vt Naiades, Arcades, Thraces. Tertia, Es à ſum cum compoſitis, potes, ades, modi tam indicatiui, quàm imperãdi. Et penes, & inquies, corripiuntur. Nam es ab edo, es, producitur differentiæ cauſſa.

Is breuia trahimus ſicubi genitiuus abundat

Cum longa, vt ſamnis ſamnitis, iunge ſecundam

Personam verbi, cui declinatio quarta est,
Cū is, cumq; velis, vis, & monosyllaba cuncta
Præter is, & quis, mis, bis, tis, quæ contrahis vsu.

Is finita corripiuntur, vt ignis, paris. Hæc regula habet exceptiones septem. Prima est, Producentia penultimam genitiui crescentis producunt, vt lis, samnis, dies. Secunda Secundæ personæ singulares in is, quartæ coniugationis, producuntur, vt audis, nescis. Item, sis, vis, velis sis. Tertia, Monosyllaba in is, producuntur, vt vis. Præter is & quis nominatiuos mis, tis, bis, quæ corripiuntur. Quarta, velis cum compositis, malis, nolis producuntur. Quare in plurali penultima primę & secundæ personæ producitur. vt velimus, malimus, nolimus, velitis, malitis, nolitis. Quinta, secundę personæ singulares futuri subiunctiui, producuntur, vt dedero dederis, audiero audieris. Pręteriti vero perfecti eædē corripiuntur. vt dederim dederis, iusserim iusseris. Sed notandum inueniri apud authores is, futuri vltimam in singulari, & ri penultimam in plurali etiam correptas. Verg. sexto AEneid. Qvas non oraueris vrbes. Sexta, Datiui, ablatiui, & accusatiui in is, producuntur. vt his, & ab his dominis, quis pro quibus. hos fontis, partis, omnis, pro fontes, partes, omnes.

Protrahit os finem, sed cui genitiuus ōs oßis
Additur, excipimus, sic Græcus in os breuis extat
Patrius: & neutri rectus muliebreque nomen.

Os finita producuntur. vt dos, honos. Hęc regula habet duas exceptiones. Prima est, Os ossis corripitur, similiter cōpos & impos. Secunda, Gręca in os per o paruū, vt delos ilios, chaos, atropos, huius Aeneidos, tereos corripiuntur. Nam in os per ω magnum, semper producuntur: vt heros, minos, androgeos, & siqua sunt in os neutra, vt chaos.

Corripiemus in us, quæ sunt monosyllaba præter,
Et quibus extensum est casus finale secundi.

probati poetæ confugeris authoritatem. vt si dubites quã ta sit prior syllaba in vado, poteris ex illo Ouidij fieri certior: Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse.

Syllaba facta pedes facit, & pede carmina constant,
Longa secuta breuem, spartanum gignit iambum.
Huic contra, ex longa ponêre, breuíque trochæe.
Pyrrhe celer breuibus, longis spondee duabus,
Ite pedes, longam correptis dactyle binis
Ante fer, at contrà volat antidactylus illi:
Tot volucer breuibus tribrachus, longisque molossus.
Nacta vtrinque duas breuis est ubi syllaba longas,
Creticus efficitur: scolius contrarius illi,
Ante breues longas bacchius: contrà it autem
(Vt versura docet) palimbacchius eidem.

Syllabæ pedes efficiunt, ex pedibus autem carmen constat. Ex pedibus, alij legitimi, alij nothi. Legitimi sunt, ex quibus maxime vnumquodque metrum constat. Súntque metri cuiusque, proprij, vt spondeus & dactylus in heroico. Nothi vero qui rarissime metrum ingrediuntur, vt anapæstus, & proceleumaticus in eodem heroico.

Pedum
- Dissyllabi
  - Iambus v- dies
  - Trochæus -v panis
  - Spondeus -- musæ
  - Pyrrhicius vv deus
- Trisyllabi
  - Dactylus -vv currere
  - Anapæstus vv- veneri
  - Tribrachus vvv dominus
  - Molossus --- virtuti
  - Amphimacrus -v- charitas
  - Amphibrachus v-v venire
  - Bacchius v-- honestas
  - Palimbachius --v angustus.

Anapæstus pes dicitur antidactylus, quód sit dactylo contrarius. Amphimacrus dicitur cretic⁹, quia Cretēses saltādo, eius rhythmica compositione vtebantur. Amphibrachus, dicitur scolius. quia habilitercomponitur scolio, quę est species citharæ. De his plura vide apud Aldum.

Sunt quibus accedit (potes hoc inquirere Lector)

Syllaba quarta pedes, immensum est omnia dici,

Reliqui pedes tetrasyllabi, sunt compositi ex simplicibus Sed quia rarisimè inueniuntur, supersedere volui. De his autem amplisime tractat Aldus libro quarto.

Miscueris tenuem si quando ad carmen Homeri

Pentametrum, numeris dabit his elegeïa nomen.

Pentameter versus, qui quinque regionibus seu pedib⁹, constat, appositus homerico versui, id est, hexametro, facit carmen elegiacū, vt Ausonius, Fortunā reuerenter habe-, quicunq; repēte Diues ab exili progrediere loco. Et totū poema elegia dicitur, ab eleos, id est, miseratio: quia homini dolores & adulescentulorū amores hoc genere primū scribi cœperunt. Nam elegia lugubre carmen est.

Exiguos elegos pedibus constare duobus

Maxima pars vatum sentit. da dactylon illis.

Spondeúmque grauem. nihil hoc in carmine iuris

Alter habet. cunctis est vltima versibus anceps.

Elegiacũ carmen duobus pedum generibus constat, dactylo & spondeo. Pentametrum enim quinque pedum regionibus conficitur. Prima recipit dactylum, vel spondeum. Secunda dactylum vel spondeum, quem consequitur syllaba longa: postq̃ veniunt duo dactyli comitati, altera syllaba longa, quæ coniuncta priori spondeum facit. vt, Si bene -vv florue -vv rit - vinea -vv bacchus e - vv rit -. vbi obiter notandum quod vltima cuiusque versus syllaba communis est.

Ponis in heroo semper promiscuè vtrunque.

Ius tamen in quinta (nam sex regionibus illud

Diuidimus carmen) soli tibi dactyle perstat.

Spondeus sextum sibi pes vice quærit eadem.

Heroicum carmen constat sex regionibus seu pedibus. Nam prima regio, secunda, tertia, & quarta recipiunt spõdeum, vel dactylum. Quinta recipit regulariter solum dactylum. sexta recipit solum spondeum vel trochæum. Nã vltimæ, liberæ & exleges sunt.

Sæpe tamen quintum in versu pes occupat idem,

Chara deûm soboles magnum Iouis incrementũ.

Alter in alterius quoniam resolubilis extat

Tempora.-

Poetæ in quinta regione sæpe pro dactylo spondeum locãt. vbi rei grauitas & maiestas significatur, aut mœror aut languor: tamen id raro est cõmittendum. quare dicit carmen spondaicum: vt Vergil. Chara deûm soboles, magnum Iouis incrementum. Ecce, incre-- spondeus quintum occupat locum, loco dactyli. alter enim resolubilis est

in tempora alterius, quia cum dactylus & spondeus sint æquales temporibus, non est timendum cum singulis pedibus scanditur, aliud videri metrum quàm dactylicum. Solutio autem accidit pedi, cum longa syllaba soluitur in duas breues. Vnde spondeus recipere potest tres solutiones. Nam si soluas primam, facies anapæstum: si secundã, dactylum: si vtranque, proceleumaticum. Item sic Virgil. Sinonis mœstitiam expressit. AEneid secundo, Cõstitit, atque oculis phrygia agmina circunspexit.

Sunt etiam quibus vltima syllaba abundat:

Principio alterius connectit hypermeter illam,

Omne adeo genus in terris hominũq; ferarumque,

Et genus æquoreum.-

Versus hypermeter dicitur vbi versu finito manet sylla ba in m, vel in vocalem desinens, quæ à principio alterius versus absumitur.

-sed quod legis ăriĕtĕ crebro,

Hoc proceleumaticum, pedibus docet addier istis.

Heroicum carmen nonnunquam in quinta regione loco dactyli proceleumaticum recipit. vt Tityre pascẽtes à flumine reiice capellas. Sed id raro accidit: quod quotiescunq; facit. Virg. seruat locũ synęresi. vt in secũdo AEn. Labat ariete crebo Ianua. Et, Intexunt abiete costas.

Disce quòd angustis hærere in legibus amplos

Non deceat va es. magna est in carmine virtus.

Sæpe noui quicquam venia committere honesta,

Quod variè mentes lectorum ducat, & aures.

Satis compertum est liberiorem esse in scribẽdo poetã, quàm oratorem aut historicum, quod ostendit Quintilia

nus libro primo. Authoritas ab oratoribus vel historicis peti solet: nam poetas metri necessitas excusat, Poetæ enim multa licenter dixerunt, quæ admirari potius, quàm contemnere debemus.

Flŭŭ.ōrum rex Eridanus Maro dicere posset.

Vergilius in versu hexametro in prima regione peregrino pede, vtpote anapæsto, vsus est. vt, Fluuiorum rex Eridanus campósque per omnes. sed id rarissimum est.

Pentametrum in partes doceo disponere binas.
Prima duos miscere pedes solet, húncque vel illū
Continet, vt libitū est, dehinc vltima syllaba restat:
Dactylus inde duplex parti solet esse secundæ,
Syllabáque ad finem quæ fit collata priori,
Iure pedis quinti numerum hoc in carmine cōplet.

Pētameter versus, duobus modis scandi potest. Prmo in tertia regione ponitur spondeus. In quarta & quinta anapęstus, & in reliquis spondeus vel dactylus. Secūdo in prima regione & secunda ponitur indifferenter spōdeus vel dactylus. In tertia prima syllaba longa est, postea illi subiungitur dactylus. in quarta, dactylus. in quinta, vnica tantū syllaba ponitur, vt in hoc carmine patet. Sed nos in vitium credula turba sumus. Primo, Sed nos -- in viti - vv um cre -- dula tur vv- ba sumus vvv. Secundo, Sed nos -- in viti - vv um - credula - vv turba su - vv mus v.

Tu quoque qui versus in partes digeris ipsos,
Misce modum, neu te mandatis subtrahe nostris.

Multæ in versuum scāsione figuræ accidūt obseruandę, quas qui ignorauerit, & verā metri scansioné. Quia sermonis tum soluti tum pedibus constricti delitię in figuris & tropis potissimū sitæ sunt, propterea ab autore non in-

cepte inter ſcribēdum de arte verſificatoria, deſcribuntur.
Pictura enim variis diſtincta coloribus magis quàm nuda & ſimplex, ſpectantium oculis placet: ſic oratio & ſoluta & ſtrictiori pedum lege coercita interſperſa figuris tropiſque tāquam vuis floſculis magis quàm vndique ſui ſimilis auditores delectat. Quare autoris operam boni coſulite, & quæ ab eodem omiſſæ ſunt, à nobis ad finem deſcriptas tum finitionibus, tum exemplis, grato animo accipite.

Contigerit vocis ſi quando in fine prioris
Vocalem poni, ſicque incipiare ſequentem:
Prima cadit, fiet ſynalœphe. ſic cadit antè,
(Fiat vt ellipſis) M litera. monſtrat vtrunque
Littora, mult' ill' & terris iactatus, & alto.

Synalœphe figura eſt, qua vocalis detrahitur, quoties in eam dictio deſinit, & ſequens à vocali inchoatur, vt, Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. Vocalis enī a, in dictione vita, abſumitur, quia ſequens dictio, eſt, à vocali inchoatur. Ellipſis ſiue Ecthlipſis eſt. m, literę cum ſua vocali detractio. Et fit quoties dictio aliqua in m, literam deſinit, et dictio ſequens à vocali ſumit exordium. vt, O curuæ in terras animæ & cœleſtium inanes. Dictio enim cœleſtiū in m, deſinit, & ſequens, inanes, à vocali i, ſumit exordiū. Vtrunque exemplum eſt in hoc Verg. verſu, Littora, multum ille & terris iactatus & alto. Quem verſum dum metiris, dicere oportet, mult' ill' & terris iactatus & alto.

Hanc tamen aduerſus potuit Maro dicere legem,
Inſulæ Ionio, ſic deinde ſub Iliō alto.
Sæpe etiam vt longæ maneant, mirabimur illas,
Hæc Helenum cecinſſe penatigeri ō Æneæ.

Naso tulit vates, sic Iōnio immenso.

In satyra scriptum est, tum propter plurima, tū his

Vocalis ante vocalem non semper absumitur, sed aliquando corripitur. Verg. Vector apud rapidum simoenta sub ilio alto. &, Insulæ Ionio in magno quas dira celeno. Nō nunquam etiam vocalis manet inuariata. Ouidius, Iactari quos cernis in Ionio immenso, Versus est spondaicus. adde, quòd sæpe m, non interit. Iuuenalis. Viuendum est recte, tum propter plurima, tum his præcipue causis. Emendatiores tamē libri (vt censent nonnulli) tū de his habēt.

Perstat item, si qua est vocalis dictio facta.

O vtinam tunc cum Lacedæmona classe petebat.

Vbicunque vocales integræ sunt, dictiones nunquam absumūtur ante vocalem. Ouidius in epistolis, O vtinam tunc, cu m Lacedæmona classe petebat.

Antiquum est etiam decidere falcibu' ramos.

Veteres s, literā interimere consueuerunt: vt Lucilius libro 1 sat. Quam neque Lucanis oriundi montibus capri.

Sæpe breuis totas præscindit syncopa partes:

Vt, quoties raro duxti suspiria motu.

Syncopa dicitur ablatio de media dictiōe, literæ vel syllabæ, vt dixti, pro dixisti, cōmorat pro commouerat. Vergil. Manet alta mente repostum, id est, repositum. Est aūt illi contraria Epenthesis, quæ est additio literæ vel syllabæ in medio dictionis. vt apud Verg relligio, pro religio & apud Iuuenalem saty. 4 mauortis pro martis.

Demit & apocope finem, sic pone negoti.

Quem paragoge auget: sic quicquam fungier inquit,

Apocope, eſt ablatio de fine dictionis, literę vel ſyllabæ, vt negoci pro negocij: poſsis pro poſsitis. ſat ꝑ ſatis. Paragoge autē illi eſt contraria: quia eſt appoſitio ad finē dictionis, literæ vel ſyllabę: vt fungier pro fungi. poteſtur pro poteſt. Pręterea protheſis additio eſt literæ vel ſyllabę in principio dictionis. vt gnate pro nate. & pręcipuè fit, quando cōpoſitū pro ſimplice ponitur. Aphæreſis autem illi eſt contraria. vt temnere pro contemnere.

Ius habet in binas differre diæreſis vnam.

Vt ſolet in cumulum iunxiſſe ſynæreſis ambas,

Sic nos aulāï, ſic perſolüenda notamus,

Ferreíque Eumenidum thalami, furtumque Prometheí.

Plurima præterea, dij, cui, deinceps velut, addis.

Semianimis, dehinc, deinde, vel huic, ij, proinde leguntur.

Diæreſis, eſt diuiſio vnius ſyllabæ in duas. vt aulai, pro aulæ: perſoluenda quinque ſyllabarum, pro perſoluenda quatuor ſyllabarū. Synæreſis vero, eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam. vt promethei triſyllabū, dij monoſyllabum, & cui monoſyllabum. de dięreſi exemplum habes apud Ouid. Debuerant fuſos euoluiſſe ſuos.

Dicendum & qui ſint ornando in carmine flores.

Hic operæ eſt pretium, vigiles huc vertite mentes

Oſtheniј iuuenes, nec vos labor abſtrahat vllus.

Quia nō ſatis eſt carminis compoſitionem ſcire, niſi & ipſius cultum, præceptáque teneamus: ideo hic flores carminis, & quæ ad carmen ſcribendum ornandúmque pertinent pręſcribet.

Continuo studio curisque calentibus, acri
Optima quæque animo legere, aut audire, graueisque
Edidicisse libros, crebráque indagine doctos
Eligere authores, scribentem carmen oportet.

Illud in primis carmen scriberevolenti datur pręceptũ, vt assiduo studio, & labore doctos authores perlegat, & ediscat. Nam Quintiliani iudicio, poetarum optimi & statim & semper legendi sunt, ac imitãdi: qui prudenter etiã præcipit pueros protin' optimo pręceptori tradẽdos esse.

Quicquid habent alij passim, Maro nouit, & artes
Calluit omnigenas, doctrináque acre iuuabat
Ingenium, hinc illi tanta est in carmine virtus,
Tantus honos: hinc est quòd vates altior omnes
Hic superat Latios, noménque ad sydera tollit.

Prę cæteris autem Vergilius poeta eligendus est, quem sequamur, quippe qui omne genus scriptorum probe cõplectatur, & contineat. Vnde poeta appellatus est per antonomasiam, id est, nominis permutationem.

Nec, quoniam munus vobis natura benignum
Contulit ingenij, nimium confidite vobis.

In summo opere cauendum est, ne nostro ingenio satis confidamus, ne à carminis scribendi præcepsis longe discedamus.

Excolite has vires, animúmque intendite rebus.
Quis molem hanc moueat, quis euntibus imperet

astris.

Quid fatum, quid sit casus, quo turbine præceps
Mundus eat, quæ sit rebus natura creatis,
Discite per causas, hominúmque inquirite mores,

Philosophia ipsa triplex, maximũ scribenti carmen præbet adiumentum: ob naturales quæstiones, morũ instituta, sapientiæ præcepta, & subtilitates quę carminibus aliquando committuntur: vt in Verg. videre est.

Nam conforme suis multum scripsisse probatur
Temporibus carmen, viuósque effingere gestus.

Carmen debet sequi vicissitudines temporis, conformeque ipsi esse debet: diligenter etiam conuenit obseruare, quid in vsurpandis vocibus ætas variarit.

Dum legitis, multum potius, quàm multa legetis.
Nec uos dicendi lateat genera, vtque peritus
Orator caussas tractat: sic scribere vates,
Sic solet eloquio mentes mulcere: sed illi
Liberior vocum est vsus.

Hoc te docet, vt multum, & attentiori animo potius legas, quàm multa, quia multa, & varia rerũ multitudo vix animo bene infigi potest. Nec genera dicendi, institutionésque oratorias ignorare debes, quia vt orator splendidissimam, & ad popularem captum instruit orationẽ, causasque tractat, sic & poeta, nisi quòd orator liberius, diffusiusque scribit, quàm poeta.

— vos cogite voces
Inter se similes: nam res etiam ista iuuabit.

Præterea commendat author rationem variandi per synonymiam, quæ contrahenda est vndecũque è bonis authoribus, vt scribẽti ca-men constare posset verborum cõpia. Synonyma autem multis vocibus idem significant, & Homonyma vna voce multa.

Profuit & genus in speciem, aut contrà, uariari:

Et saltem affini confundere nomina sensu.

Profuerit plurimum vsus, & varietates, verborum callere, Sæpe enim genus in speciem variatur, & contra, ex specie nonnunquam genus intelligimus.

Raro aliquod ponas nomen, nisi forsitan illi

Adiectum tribuas proprium: sit lucidus omni

Durtie procul hinc sermo. sint omnia plana:

Sint facili producta stylo, venáque fluenti:

Non tamen vt sensu careant, frustráque legantur,

Sed moueant animos, aliquémq; ferãtur ad vsum.

Variis carmen adornari debet epithetis. Est autem epithetum, nomen adiectiuum, quod substãtiuo attribuitur. Verg. Georg. 3, molles sub diuo carpere somnos somnus mollis. Nec sermo durus esse debet, aut affectat*. Sed omnia debent fluere, facilíque stylo componi: summa tamen cautio esse debet, ne nimis vulgaris sit sermo. ἐπίθετον enim, id est appositum, quoties proprium nomen adiecto aliquo quasi vestitur. vt, At pius AEneas, sæuus Hector, formosus Alexis.

Est etiam vt studeas pictas miscere fabellas,

Historiásque simul, si quis locus exigit illud.

Videbimur sanè nõn absurde facturi, si carmini aliquãdo fabulas & historias admisceamus.

Sæpe, ubi quid repetis in carmine, pulchrius exit.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam:
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
Militat omnis amans, & habet sua castra cupido.
Attice crede mihi, militat omnis amans. (*ta,*
Multa super Priamo rogitans, super Hectore mul
Illum & labentem Teucri, & risere natantem.
Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum.
Pauper amet caute, timeat maledicere pauper.

Præcipuam carmini adferent suauitatem pulchræ repetitiões. vt Militat omnis amans, & habet sua castra cupido. Attice crede mihi, militat omnis amans. neque indecorũ est illud, si parce fiat. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Est enim epanalepsis figura, qua eadem dictio, & principiũ versus, & clausulam tenet. Itẽ & illud Verg. 9. Me me adsum qui feci. Est enim eiusdem dictionis sine medio geminatio cum impetu pronunciationis. Dicitur autem epizeuxis subiũctio eiusdem scilicet verbi sine aliqua interstitione, maioris vehementiæ gratia.

Quodq; Moro dixit, sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens. -

Magnam & carmini gratiam addit Anadiplosis id est, reduplicatio, cũ vltima prioris versus dictio in sequẽtis principio iteratur. Maro 10. Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

-& in adiectiua resurgens.

Marsa manus, peligna cohors, festina virûm vis.

Et si quid simile his, velut est, athamásq;, thoasq;.

Quid? Nónne & illud vehementißimum, cum singulis nominibus epitheta, seu adiectiua connectuntur, vt apud poetam, Marsa manus, peligna cohors, festina virum vis. Est autem schesis onomaton, id est nominum habitus quidam, quoties verborum multitudo eodem copulandi habitu coaceruatur. Illud etiam ne prætereamus, cum oratio multis connectitur coniunctionibus. vt, athamásque, thoásque, quod polysyndeton Græci appellant: id est multipliciter compositum. Coutrariatur autem illi asyndeton, cum structura vinculis caret. vt Verg. 4. Ferte citi flāmas, date tela, impellite remos.

Vsque adeo sensis similem decet esse loquelam,
Vt si quid durum est, duro procedat hiatu,
Concitet & gestum sermo. quid pulchrius illo?
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Id neutiquam omittēdum censeo, verba debere esse rebus confinia, quo poßimus animos commouere: vt monstrum horrendum, informe, ingēs, cui lumen ademptum. non potuit enim à Virgilio melius Polyphemi monstrositas pictura indicari, quàm hoc versu.

Pulchrum est, rura petunt hic Thuscum, atque ille Sabinum.

Prolepsis figura est quę etiam carmen suo loco maximè exornat. Est autem prolepsis, quę latine dicitur, præsumptio, pronunciatio rerum ordine secutarum: vel est, cū ante numerus redditur, quā personæ definiantur. Aut si mauis, prolepsis est attributio proprietatis toti diuiso in suas partes quæ totius proprietatem vario modo continēt, vt, Petrus & Ioannes studęnt, hic medicinæ, ille theologiæ,

Transit & in carmen celebris translatio cultu.
Belle equidem dictum classiq; immittit habenas,
Nauigio sulcat mare.ferrum armátque veneno.

Metaphora,quæ est rerum, verborúmque per similitudinem translatio,sæpe carmen illustrat.vt rident prata.sitiunt segetes.clasi immittere habenas. Metaphora enim vocem à genuina, ac propria significatione ad non propriam transfert.

Stat pro contento retinens,vt vina coronant:
Per Venerē luxus, per Bacchum intellige vinum,
Per Cererem fruges:inuentorémque suarum
Finge ipsas rerum.non ista licentia tantum,
Quinetiam decor est.-

Neque mediocriter ad carmen facit tropus,qui vocatur Metonymia,latine transmutatio nominis: quando continens pro contento sumitur:vt cęlo gratissimus amnis,id est cælitibus. Aut contrà,contentum pro continēte.quod durius fit:vt,iam proximus ardet Vcalegon:hominē pro domo posuit.Item quando inuentor pro re subiecta ponitur:vt cum per cererē,fruges intelligimus:quod si vertas, erit ineptius.Vel cum ex efficiente,effectū significamus: vt hic,melior remis:significat enim velocitatem, sed quæ per remos fit.vel contra,vt Pallida mors.

-ornata periphrasis omni
Laude nitet, tibi mille locis exempla petantur.
Non etiam incultum est,rapiunt incensa,ferúntque
Pergama:vos celsis,ita sermo patheticus ornat.

Periphrasis elegans est figura, quam circuitionem nominant: vt si quis belli Troiani scriptorem pro Homero dicat. Fit autem cum id quod vno, aut paucioribus verbis dici potest, pluribus explicatur. Ouidius, Teneros depellere fœtus, id est agnos. Item, Monstrorum domitor, id est, Hercules.

Transponunt etiam quas iungere lege deceret,

Italiam contra dixit Maro, dixit & idem

Transtra per & remos. -

Non parum etiam Anastrophe carmen exornat. Fit autem quando verborum ordo transponitur: vt Italiã cõtro, pro contra Italiam. omnia circum, pro circum omnia.

-septem subiecta trioni.

Iam accedit & Tmesis, quæ est vnius compositi vel simplicis sectio, vna dictione vel pluribus interiectis, vt, Est boreæ regio septem subiecta trioni, pro septentrioni.

Synthesis his propior, Iuuenes fortißima frustra

Pectora. -

Synthesis, est apud grammaticos attributio proprietatis, vni vel pluribus copulatis gratia significati, nõ vocis: id est, cũ verbum vel adiectiuum discordat in voce ab eo, cui redditur, & concordat in significato. vt pars secant .i. aliqui: Fitq; tribus modis. Primo, Inter substantiuum & adiectiuum, quinque modis. Primo, ratione discernẽdi sexus. vt elephantus grauida, anser fœta. Secundo, ratione subauditiõis. vt prẹneste sub ipsa, subaudi vrbe. Tertio, ratione collectiui. vt maxima pars vulnerati. Quarto, ratiõe distributionis. vt vterque iacent. Quinto, quando abstracto, gratia concreti, adiunctiuum iungitur. vt scelus postq̃ ludificatus est, id est summe scelestus. ad rem fit respect⁹. Secundo, Inter relatiuum & antecedens quinque modis quibus diximus fieri inter substantiuum & adiectiuum.

Tertio, Inter nominatiuũ & verbũ duobus modis. Priore, ratione collectionis. vt pars pedibus plaudunt, id est, aliqui. Secundo ratione distributionis & significationis, ꝙ ad plures pertinet. vt vterque studemus.

& in media conclusa parenthesis ornat.

Allegoria simul: pueri sat prata biberunt.

Nonnihil accidit in carmine varietatis & elegan[illegible] ex parenthesi, quæ est interiecta sentẽtia, qua remota [illegible] ac sensus manet integer. Virgi. Aeneas (neque enim [illegible]us consistere mẽtem passus amor) rapidum ad naue[illegible]it tit Achatẽ. Idem efficit allegoria quod metaph[illegible] neq; enim aliud est allegoria, quàm metaphora per[illegible] vt pedem conferre, pro eo quod est, concertare arg[illegible]os.

Dissimulánsque in se quicquam ironia r[illegible].

Adornatur etiam carmen adiecta ironia. [illegible]em ironia, dissimulatio aut illusio, cũ aliud dicitur, & aliud re ipsa apparet, quæ non ex verbis, sed vel pronunciatiõe, vel persona, vel rei natura intelligitur. Virgilius, Egregiã vero laudem, & spolia ampla refertis. Túque puerque tuus. Heus tu bone vir curasti probè. Terent. in Andria.

Quisquis ab his cultũ quæris, versúsque colorem,
Non excede modum, nimia est vitiosa venustas.
Quódque satis pulchrũ est, crebro vilescit ab vsu.
Cætera quæ poterant istis superaddier, olim
Vestrum aliquis per se quæret. mea commoda saltẽ
sit breuitas quicquam, vobis ne spernar vbique.

Porro si quis carminis decorum velit, affectationem fugiat necesse est. Præterea sunt & aliæ figuræ, quas author quo breuitati studeret, prætermisit: insigniores tamẽ vsui cõmunes perstringemus, propterea quòd ad carminis vir

tutes pertinent, & illi nonnihil gratiæ addunt, quibus etiam vlus est poeta. Sunt autem Prolepsis. Syllepsis, Hendyadis, Hypallage, Apogopesis, Anastrophe, Antonomasia. Metalepsis. Hyperbole, & Catachresis.

πρόληψις Prolepsis, id est, præsumptio rerũ summaria, quæ deinceps particularius enarrãtur: vt Ver. Interea reges, ingẽti mole Latinus Quadriiugo inuehitur curru, bigis it Turnus in albis. à πρὸ. i. ante, & λῆψις, sumptio.

σύλληψις Syllepsis, Conglutinata conceptio, quoties diuersi numeri clausulæ vno clauduntur verbo. Vergil. 1. Hic illius arma, hic currus fuit: Quæ dicitur à σὺν, id est, con, & λῆψις, sumptio.

Ἐνδύαδις Hendyadis, figura, cum fixum in mobile soluitur. vt, Per famam ac populum, pro, per famosum populũ ab ἐν. i. vnum, & διὰ, id est, per: & δύο, id est duo: quando vnum per duo dicitur.

ὑπαλλαγὴ Hypallage, est quoties oratio conuerso rerum ordine effertur, vt Virgil Dare classibus austros: pro dare classes austris. ab ὑπὸ, id est sub, & ἀλλαγὴ, id est mutatio.

Ἀποσιώπησις Aposiopesis, quam Cicero Reticentiam vocat, cum per iram vel indignationem orationis partem reticemus, vt, Quos ego, sed motos præstat cõponere fluctus: tacet enim, puniam.

Ἀναστροφὴ Anastrophe, seu Reuersio, est verborum tantum ordo præposterus. vt mecum, tecum, pro cum me, & cum te. Virgil. primo, Italiam contra, pro contra Italiam. ab ἀναστρέφω, id est inuerto.

Ἀντονομασία Antonomasia, ea est nominis permutatio, cum scilicet proprium nomen mutamus. ac aliud vice nominis ponimus. vt si quis pro Achille, pelidem dicat. pro Iunone, Saturniam. pro Mercurio, Cylleniũ. pro Hercule, Tirynthium. pro Græcis, Pelasgos. ab ἀντὶ, id est, pro, & ὄνομα, id est, nomen

Μετάληψις Metalepsis, transsumptio, vbi gradatim itur ad id quod ostenditur, id est, cum ex vno significato aliud colligitur. Vt Verg. 1. Spelũcis abdidit atris. Nã nigrę intelligũtur, & ex nigri sobscurę, ac per hoc in præceps pro

fundæ. à μετὰ, id est, trans, & λῆψις, id est sumptio vel acceptio.

ὑπερβολὴ, Hyperbole, oratio excedens fidem, augendi vel minuendi causa. vt Vergil. Ocyor euro. Vox astra ferit, Vel minuendi gratia. vt testudine tardior, vix ossibus hærent. ab ὑπὲρ, id est, super, & βολὴ vel βολὸς. i. iactus.

κατάχρησις Catachresis, verborum abusio, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est, id est, cum alienis, abutimur perinde ac propriis, cum propria deficiunt: vt si parricidam appelles. non qui patrem occiderit, sed alias hominem quemuis. Ver. Aeneidos secundo, Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant, cum ædificare proprium ędium sit, non equorum. Dicitur autem à κατὰ, id cōtra, & χρῆσις, id est, vsus quasi contra vsum.

De quantitate pri marum ſyl-
laba= rum.

A ante B breue, vt faba
excipitur
crabro
Fabula, flabellum variat.
Labor, eris
Labes
pabulum
ſabus, tamen ſabinus
corr. ſaburra pro arena
corripit. ſed ſabura pro=
prium produc.
tabeo tabes tabum.

A ante C, breue. vt
acies.
excipitur
acer adiectiuum
cacubus, cacus variatur
dacus. dacia.
facundus
gracus
graculus
macero
maceries
maceror
machina
pax inobliquis
thracius, zacharias
thrace
produc habentia b, aut p,
ante a, vt brachiū, paco.
placo
excipitur
placeo
placentia oppidum
paciſcor
baculus

A ante D. breue. vt
cadus
Adam variatur
excipitur
clades, caduceum
gades
gradiuus variatur
radix rado
vado, ſed vadum & va=
dor corrip.
ſpadix
ſuadeo
trado
traduco

A ante F, breue vt
vafer.

excipitur	*Corrip nomina in geniti*
afer	*uo crescentia,vt phalāx,*
A,ante G,breue.vt	*salus,calix.Sed excip.*
ager,	*calo,onis,& halec.*
excipitur	*calo verbū,inde calendæ*
laganum.	*Pales*
Magalia	*phalæ*
strages	*palin græcum, vnde pa-*
sagio,sagus	*linodia*
saga	*malus adiectiuum*
tragula	*salum*
vagio	*Obliqui de sal*
vagina	*In poly.breue. vt saliua.*
Sed,est longum f,aut p.	*excipit*
præcedente:vt fagus.	*alecto*
pagina	*alca*
excipitur	*balena*
flagellum,flagro	*balista,calisto*
fragilis	*palatium uariatur*
fragor	*caligo*
plaga pro reti & regiōe	*salustius*
cœli corrip.sed pro vul-	*squaleo*
nere produc.	*talea,talio,talaria.*
plagium	*A ante M, in dissyllabis*
A ante L.in dissyllabis	*longum.ut fama,*
longum.vt ala	*excipitur*
excipitur	*camers,*
alo	*samos*
palam	*amo,chlamis*

fames,tamen
In polyſyllabis breue.
vt amaracus
excipi
amentum
amentia
amitto,damœtas.
lamentor,lamentum.
lamina,mamurius.
A,*ante* N,*in diſsyllabis long.ut lana*
excipitur
anas
anus pro vetula.deducta ex ana,& analecta,anachoreta,analogia.
canis,cano,canon pro regula.
manus,planus pro ſcurra
In *polyſyllabis breue.*
ut lanio.
excipi
anippe,ganeum,
ganeo,danubius,manius,
lanugo
A,*ante* P,*breue.utaper*
excipit.
aprilis
apis rex Aegypti
crapula,capus
lapa,lapathes.
mappa
papa
papas,papius
papilio
rapa,rapum
ſapo,ſaperda
ſaphirus,ſtapes
Vapulo
A,*ante* q,*breue.*
ut aqua.
A,*ante* R,*breue.*
ut aranea
excipit.
ara,ſed hara corripitur.
area.
areo.aruncus
carex,carectum
carica.cares,carolus, caria,darius,mãtuanus,corr:p.glarea,lariſſa, larunda,maris,naris,naricium
pareo
varix,uaricoſus tamen prod.uarus varica
rarus
Et *cætera in rus,ra,rũ.*
vt charus,clarus

Sæpe, vbi quid repetis in carmine, pulchrius exit.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam:

Ter pater extructos disiecit fulmine montes.

Militat omnis amans, & habet sua castra cupido.

Attice crede mihi, militat omnis amans. (ta,

Multa super Priamo rogitans, super Hectore mul

Illum & labentem Teucri, & risere natantem.

Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum.

Pauper amet caute, timeat maledicere pauper.

Præcipuam carmini adferent suauitatem pulchræ repetitiões. vt Militat omnis amans, & habet sua castra cupido. Attice crede mihi, militat omnis amans. neque indecorũ est illud, si parce fiat. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Est enim epanalepsis figura, qua eadem dictio, & principiũ versus, & clausulam tenet. Itẽ & illud Verg. 9. Me me adsum qui feci. Est enim eiusdem dictionis sine medio geminatio cum impetu pronunciationis. Dicitur autem epizeuxis subiũctio eiusdem scilicet verbi sine aliqua interstitione, maioris vehementiæ gratia.

Quodq; Moro dixit, sequitur pulcherrim⁹ Astur,

Astur equo fidens.-

Magnam & carmini gratiam addit Anadiplosis id est, reduplicatio, cũ vltima prioris versus dictio in sequẽtis principio iteratur. Maro 10. Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens.

-& in adiectiua resurgens.

Marsa manus, peligna cohors, festina virûm vis.

Et si quid simile his, velut est, athamásq;, thoasq;. 25

Quid? Nónne & illud vehementissimum, cum singulis nominibus epitheta, seu adiectiua connectuntur, vt apud poetam, Marsa manus, peligna cohors, festina virum vis. Est autem schesis onomaton, id est nominum habitus quidam, quoties verborum multitudo eodem copulandi habitu coaceruatur. Illud etiam ne prætereamus, cum oratio multis connectitur coniunctionibus. vt, athamásque, thoásque, quod polysyndeton Græci appellant: id est multipliciter compositum. Contrariatur autem illi asyndeton, cum structura vinculis caret. vt Verg. 4. Ferte citi flāmas, date tela, impellite remos.

Vsque adeo sensis similem decet esse loquelam,
Vt si quid durum est, duro procedat hiatu,
Concitet & gestum sermo. quid pulchrius illo?
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Id neutiquam omittēdum censeo, verba debere esse rebus confinia, quo possimus animos commouere: vt monstrum horrendum, informe, ingēs, cui lumen ademptum. non potuit enim à Virgilio melius Polyphemi monstrositas pictura indicari, quàm hoc versu.

Pulchrum est, rura petunt hic Thuscum, atque ille Sabinum.

Prolepsis figura est quę etiam carmen suo loco maximè exornat. Est autem prolepsis, quę latine dicitur, præsumptio, pronunciatio rerum ordine secutarum: vel est, cū ante numerus redditur, quā personæ definiantur. Aut si mauis, prolepsis est attributio proprietatis toti diuiso in suas partes quæ totius proprietatem vario modo continēt, vt, Petrus & Ioannes student, hic medicinæ, ille theologiæ,

Periphrasis elegans est figura, quam circuitionem nominant: vt si quis belli Troiani scriptorem pro Homero dicat. Fit autem cum id quod vno, aut paucioribus verbis dici potest, pluribus explicatur. Ouidius, Teneros depellere fœtus, id est agnos. Item, Monstrorum domitor, id est, Hercules.

Transponunt etiam quas iungere lege deceret,

Italiam contra dixit Maro, dixit & idem

Transtra per & remos. –

Non parum etiam Anastrophe carmen exornat. Fit autem quando verborum ordo transponitur: vt Italiã cõtro, pro contra Italiam. omnia circum, pro circum omnia.

–septem subiecta trioni.

Iam accedit & Tmesis, quæ est vnius compositi vel simplicis sectio, vna dictione vel pluribus interiectis, vt, Est boreæ regio septem subiecta trioni, pro septentrioni.

Synthesis his propior, Iuuenes fortissima frustra

Pectora. –

Synthesis, est apud grammaticos attributio proprietatis, vni vel pluribus copulatis gratia significati, nõ vocis: id est, cũ verbum vel adiectiuum discordat in voce ab eo, cui redditur, & concordat in significato. vt pars secant .i. aliqui: Fitq; tribus modis. Primo, Inter substantiuum & adiectiuum, quinque modis. Primo, ratione discernẽdi sexus. vt elephantus grauida, anser fœta. Secundo, ratione subauditiõis. vt prænẽste sub ipsa, subaudi vrbe. Tertio, ratione collectiui. vt maxima pars vulnerati. Quarto, ratiõe distributionis. vt vterque iacent. Quinto, quando abstracto, gratia concreti, adiunctiuum iungitur. vt scelus postq̃ ludificatus est, id est summe scelestus. ad rem fit respect⁹. Secundo, Inter relatiuum & antecedens quinque modis quibus diximus fieri inter substantiuum & adiectiuum.

Tertio, Inter nominatiuũ & verbũ duobus modis. Priore, ratione collectionis. vt pars pedibus plaudunt, id est, aliqui. Secundo ratione distributionis & significationis, quod ad plures pertinet. vt vterque studemus.

& in media conclusa parenthesis ornat.

Allegoria simul: pueri sat prata biberunt.

Nonnihil accidit in carmine varietatis & elegantiæ ex parenthesi, quæ est interiecta sentẽtia, qua remota adhuc sensus manet integer. Virgi. Aeneas (neque enim patrius consistere mẽtem passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatẽ. Idem efficit allegoria quod metaphora. neq; enim aliud est allegoria, quàm metaphora perpetua. vt pedem conferre, pro eo quod est, concertare argumentis.

Dissimulánsque in se quicquam ironia relatum.

Adornatur etiam carmen adiecta ironia. Est autem ironia, dissimulatio aut illusio, cũ aliud dicitur, & aliud re ipsa apparet, quæ non ex verbis, sed vel pronunciatiõe, vel persona, vel rei natura intelligitur. Virgilius, Egregiã vero laudem, & spolia ampla refertis. Túque puerque tuus. Heus tu bone vir curasti probè. Terent. in Andria.

Quisquis ab his cultũ quæris, versúsque colorem,
Non excede modum, nimia est vitiosa venustas.
Quódque satis pulchrũ est, crebro vilescit ab vsu.
Cætera quæ poterant istis superaddier, olim
Vestrum aliquis per se quæret. mea commoda saltẽ
sit breuitas quicquam, vobis ne spernar vbique.

Porro si quis carminis decorum velit, affectationem fugiat necesse est. Præterea sunt & aliæ figuræ, quas author quo breuitati studeret, prætermisit: insigniores tamẽ vsui cõmunes perstringemus, propterea quòd ad carminis vir

tutes pertinent, & illi nonnihil gratiæ addunt, quibus etiam vsus est poeta. Sunt autem Prolepsis. Syllepsis, Hendyadis, Hypallage, Apogopesis, Anastrophe, Antonomasia. Metalepsis. Hyperbole, & Catachresis.

πρόληψις Prolepsis, id est, præsumptio rerũ summaria, quæ deinceps particularius enarrãtur: vt Ver. Interea reges, ingẽti mole Latinus Quadriiugo inuehitur curru, bigis it Turnus in albis. à πρὸ. i. ante, & λῆψις, sumptio.

σύλληψις Syllepsis, Conglutinata conceptio, quoties diuersi numeri clausulæ vno clauduntur verbo. Vergil. 1. Hic illius arma, hic currus fuit: Quæ dicitur à σὺν, id est, con, & λῆψις, sumptio.

Ενδύαδις Hendyadis, figura, cum fixum in mobile soluitur. vt, Per famam ac populum, pro, per famosum populũ ab ἕν. i. vnum, & διὰ, id est, per: & δύο, id est duo: quando vnum per duo dicitur.

ὑπαλλαγὴ Hypallage, est quoties oratio conuerso rerum ordine effertur, vt Virgil Dare classibus austros: pro dare classes austris. ab ὑπὸ, id est sub, & ἀλλαγὴ, id est mutatio.

Αποσιώπησις Aposiopesis, quam Cicero Reticentiam vocat, cum per iram vel indignationem orationis partem reticemus, vt, Quos ego, sed motos præstat cõponere fluctus: tacet enim, puniam.

Αναστροφὴ Anastrophe, seu Reuersio, est verborum tantum ordo præposterus. vt mecum, tecum, pro cum me, & cum te. Virgil. primo, Italiam contra, pro contra Italiam. ab ἀναστρέφω, id est inuerto.

Αντονομασία Antonomasia, ea est nominis permutatio, cum scilicet proprium nomen mutamus. ac aliud vice nominis ponimus. vt si quis pro Achille, pelidem dicat. pro Iunone, Saturniam. pro Mercurio, Cylleniũ. pro Hercule, Tirynthium. pro Græcis, Pelasgos. ab ἀντὶ, id est, pro, & ὄνομα, id est, nomen.

Μετάληψις Metalepsis, transsumptio, vbi gradatim itur ad id quod ostenditur, id est, cum ex vno significato aliud colligitur. Vt Verg. 1. Spelũcis abdidit atris. Nã nigræ intelligũtur, & ex nigri obscuræ, ac per hoc in præceps pro

fundæ. à μετὰ, id est, trans, & λῆψις, id est sumptio vel acceptio.

ὑπερβολὴ, Hyperbole, oratio excedens fidem, augendi vel minuendi causa. vt Vergil. Ocyor euro. Vox astra ferit, Vel minuendi gratia. vt testudine tardior, vix ossibus hærent. ab ὑπὲρ, id est, super, & βολὴ vel βολὸς. i. iactus.

κατάχρησις Catachresis, verborum abusio, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est, id est, cum alienis, abutimur perinde ac propriis, cum propria deficiunt: vt si parricidam appelles. non qui patrem occiderit, sed alias hominem quemuis. Ver. AEneidos secundo, Instar montis equum diuina Palladis arte AEdificant, cum ædificare proprium ędium sit, non equorum. Dicitur autem à κατὰ, id cõtra, & χρῆσις, id est, vsus quasi contra vsum.

De quantitate primarum syllabarum.

A ante B breue, vt faba
excipitur
crabro
Fabula, flabellum variat.
Labor, eris
Labes
pabulum
sabus, tamen sabinus
corr. saburra pro arena
corripit. sed sabura proprium produc.
tabeo tabes tabum.

A ante C, breue. vt acies.
excipitur
acer adiectiuum
cacubus, cacus variatur
dacus. dacia.
facundus
gracus
graculus
macero
maceries
maceror
machina
pax inobliquis
thracius, zacharias
thrace
produc habentia b, aut p, ante a, vt brachiū, paco.
placo
excipitur
placeo
placentia oppidum
paciscor
baculus

A ante D. breue. vt cadus
Adam variatur
excipitur
clades, caduceum
gades
gradiuus variatur
radix rado
vado, sed vadum & vador corrip.
spadix
suadeo
trado
traduco

A ante F, breue vt vafer.

excipitur
afer
A, *ante* G, *breue. vt*
ager,
excipitur
laganum.
Magalia
ſtrages
ſagio, ſagus
ſaga
tragula
vagio
vagina
Sed, eſt longum ſ, aut p. præcedente: vt ſagus.
pagina
excipitur
flagellum, flagro
fragilis
fragor
plaga pro reti & regiõe cœli corrip. ſed pro vulnere produc.
plagium
A *ante* L. *in diſsyllabis longum. vt ala*
excipitur
alo
palam

Corrip nomina in genitiuo creſcentia, vt phalãx, ſalus, calix. Sed excip.
calo, onis, & halec.
calo verbũ, inde calendæ
Pales
phalæ
palin græcum, vnde palinodia
malus adiectiuum
ſalum
Obliqui de ſal
In poly. breue. vt ſaliua.
excipit
alecto
alca
balena
baliſta, caliſto
palatium uariatur
caligo
ſaluſtius
ſqualeo
talea, talio, talaria.
A *ante* M, *in diſsyllabis longum. ut fama,*
excipitur
camers,
ſamos
amo, chlamis

fames, tamen
In polyſyllabis breue.
vt amaracus
excipi
amentum
amentia
amitto, damœtas.
lamentor, lamentum.
lamina, mamurius.
A, ante N, in diſſyllabis long. ut lana
excipitur
anas
anus pro vetula. deducta ex ana, & analecta, anachoreta, analogia.
canis, cano, canon pro regula.
manus, planus pro ſcurra
In polyſyllabis breue. ut lanio.
excipi
anippe, ganeum,
ganeo, danubius, manius,
lanugo
A, ante P, breue. ut aper
excipit.
aprilis
apis rex Aegypti
crapula, capus
lapa, lapathes.
mappa
papa
papas, papius
papilio
rapa, rapum
ſapo, ſaperda
ſaphirus, ſtapes
Vapulo
A, ante q, breue.
ut aqua.
A, ante R, breue.
ut aranea
excipit.
ara, ſed hara corripitur.
area.
areo. aruncus
carex, carectum
carica. cares, carolus, caria, darius, mātuanus, corrip. glarea, lariſſa, larunda, maris, naris, naricium
pareo
varix, uaricoſus tamen prod. uarus varica
rarus
Et cætera in rus, ra, rū.
vt charus, clarus

A ante S, in diß.
longum. vt nasus
excipitur
basis, casa, phrasis, prason, quasi, thasos
In polys. breue. vt asinus
excipitur
asopus
basium, asius adiect.
caseus, nasica, pasiphae,
A ante T, breue
vt pater
excipitur
atys. atrum
ater, atra, atrum
fatum frater
laterna. latona
latus. a. tum. mater
natura. quaternus
quatuor. quatinus
statim pro perseueranter producitur, sed pro illico corripitur.
saturnus. stlata. vates.
Produc quæ habent m, ante a, vel r, muta præcedente, a. vt mater, frater
matuta. Excipe mathon, mathesis, matella contra naturam primitiui matula, & deducta a stratos, & cratos. vt stratocles
item cratinus. craterus,
crater, crathis.
a ante u, breue. vt anus.
excipitur
auius,
dauus, dauid
gnauus
gauisus, lauinium & lauiniam variant docti
mauis
mauors
nauis, nauita
pauo
prauus, rauus
suauis
etiam l, cum muta præcedente
clauis
clauus, claua
flauus
E ante B, breue
vt nebulo
excipitur
debeo
debilis, ebrius. hebe, vnde ephebus, sebum pro

ſeuo
thebæ
. *Et quæ habent duas conſonantes præcedentes e. vt creber flebilis. itē pro ducuntur, quæ cōponuntur ex præ. vt præbeo, præcurro.*
E *ante* C, *breue. vt ſpecies*
excipitur
echo, lecythus.
mecum, mecœnas
ſecius,
ſecurus
ſecum
tecum
theca
vecors.
Obliqui *de fæx*. Quædā *producuntur origine, vt mecum, tecum, recula, ſpecula.*
E *ante* D. *in diß. longum vt pedo.*
excipitur
edo, es
cedo, id eſt dic
cedrus

Obliqui, *& nata de pes, padum*
ſcheda. Prod. *diphthong. vt. ædo, rhæda, cædo, ædo, ædis, tædet, hædus, phædria, dedalus.*
In *polyſ. breue. vt medicus.*
excipitur
medica, medæa, media.
ſeditio
ſedulus, ſedes
e ante f, breue. vt nefas.
E, *ante* G, *breue. vt regio*
excipitur
egates
Gregorius
lego, as. pegaſus.
Obliqui *de lex*
legitimus
Obliqui *de rex*
Regina, *regula*
tegula prod. diphthong. vt æger, ægrotus, ægina, ægi, frægi, ægæon.
E *ante* L, *in diß. longum. vt velum*
Excipitur

celer, chelis, gelu, melos,
melis, pelops, scelus
uelim, velut
In polys. breue.
excipitur
belua, celonium.
electrum, elysium, elogiũ
delitiæ
delubrum
pelignum, pelion.
spelæum
Et deducta ab helios. vt
heliades. heliopolis
spelunca
telemachus, telephus.
uelabrum
E ante M breue. vt
gemo
excipitur
demo, democritus.
demum
crementum, siue incre=
mentum.
emulor
emulus
remigium, remus, remex
semita, semi cum suis.
thema. temetũ variatur.
Produc quæ incipiunt ab

e. vel h. vt minus, hemi=
na. Excipe ænio & e=
mio, Vnde redimire.
Produc diphthõ. ut clæ=
mens. dæmõ. fœmina. etc.
Sed in dissyl. crescentibus
longum est in tertia de=
clinatione. ut semen.
excipitur
chremes
femur
memor
nemus
E, ante N, longum. vt
denus
excipitur
enim enyo
fenestra
menander
penates
penes
penetro
penitus
penu.
Corri de ducta à meno,
i: maneo. vt menalcas. itẽ
à xenos, vt xeniũ, philo=
xenus. itẽ phrenesis cor.
sed phreneticus produ=

Etiam b,g,f,t,vel u præcedentibus,ut bene, genus,senex,teneo,uen⁹. excipitur strena,strenuus senus,senio splenium vena venor venum

Prod. diphth. vt æneas, ænigma,cænos,fœnum, hæna,tæno,tænia.

E,ante P. breue.vt cupido excipitur epacta hepar Repo.tamen repens, & repente corr. sepia,sepiũ pro seuo. etiam præcedente s. excipitur sepelio

Produc diphthong. ut cæpa,sæpio,sæpes,sæpe.

E,ante q.breue.vt equidem excipitur Nequaquam. nequicquã. Nequa. nequeo,nequior. nequam sequana

E ante R, breue, vt ferox excipitur berillus feronia. heros,cleros. ceroma,cerusa Erigonia,eridanus,eruca feralis feria, sed feralia corripi. geryon,hæres,hæros ferus,ra,rum Seres,seria,sero Etiam ue,præcedente excipitur vereor,veredus,veru Dissyllaba,p,præcedente longa sunt,ut spero,pera pero.

E,ante S,longum.vt esurio. excipitur Thesis,vnde synthesis.

E,ante T,longũ.ut meta,

excipitur
cethegus
etiam
fretum
getes
meta, præpositio, metres, tetra cum compositis, vt methodus, metreta, tetrasyllabum, metuo metellus, hetruscus.
metallum, meto,
Retro tetricus
Thetis thetidis
etiam p, vel u præcedente. vt peto, veto, vetus.
e aute u, longum.
excipitur
breuis
leuis, leuo
seuerus.
i ante b, breue.
vt libido
excipitur
fibula
ibis, ibo, ibex
Liber, ra, rum.
liber pro baccho
libum, libo, libra, libella
hybernus
scribo, sibilus, scriblita
tibia
tribula, vel lum, tybur.
Quibo
vibex, vibius, a, um.
Viburnum
I, ante C, breue. vt frico.
excipitur
ficedula, ficus
icarus, ico
mica
dico, cis.
licium
nicæ, cũ suis, vt nicolaus
picus, pica.
sica, spica, spiculum
trica, tricenus, tricæ
vicenus, vicus, vicinus.
ticenus, ticinus, picenum.
sicilia, sicut, sicuti, sicubi, sicunde.
I ante D, longũ. vt idus.
excipitur
cnidon, & cydon
cydonium
fides, fidicẽ, fidelia, fidis, fidelis, sed fido prod.
Idem neutrum
hydor. vnde hydria

32

Idoneus
midas
quidem
Etiam b,t,vel u,præcedē
te.
excipitur
Strideo,ſtrido
I ante F, breue. vt ciſus.
excipitur
triformis.
I ante G,breue.ut rigor.
excipitur
bigæ,trigæ.
figo,fligo
frigeo.frigo,frigus,
migro variatur
pyga,pygargus,ſygæum
viginti
triginta
etiam ſt, præcedente.
excipe
obliquos ſtyx
& ſtrix.
I ante L,longum.vt
miletus
excipitur
bilibris
cilicium
cilium,cylindrus,filix

hilaris,hylus
milium,milo
Pila,pilades,pilus,
philomena, philos, phi-
lippus.
Etiam præcedente,s, vel
t,vt ſileo,tilia
I ante M,indiſ.long.
vt limen.
Excipi
dimas
fimus
Hymem variatur, ſed hy
menæus tantum corrip.
minas
nimis
Simon
ſimul
thymum
In polyſ.breue.
excipitur
hymera
Simius,ſimia
timæus,timotheus.
I ante N,longum,vt
linum.
excipi.
hinulus. eſt anceps inulā.
Linio,linus,niuus,

lino
tinea, tinias
etiam c, vel m, vel s, præcedente. vt cinis
excipitur minos
minotaurus
ſium, id eſt vas.
ſynas, ſyna.
I, *ante* P, *breue. vt ſcyphus*
excipitur
Grypus, iphitus
gryphon. pipilo, pipo, pipio
ripa
Scipio
ſipho
ſtipes, ſtipo, ſtipēdium, ſtipa, id eſt, ſtupa.
tiphys, typhon.
vipera
I. *ante q, breue. vt ſi quidem*
excipitur
liquor, eris, liquidus variatur
I, *ante* L, *in diſ. longum vt lira, vnde deliro.*
delirus
excipitur
Lyra cū y Græco, p muſico inſtrumēto. nā pro ſulco prod.
pyra, pyrus, pyrum
quis, ſyrus, ſtyrax, tyrus, vel tyros.
Obliqui de vir.
In polyſ. breue. vt chiragra.
excipitur
chironomon
chirurgus
chirographus
Ironia. Pirithous. Pyralis
Pyrauſta, pyrene, pro fonte, ſed pro mōte variatur
Pyramus, pyramis
pydata, pyrula
ſirius, tircſias
ſtiria
vireſco à viribus.
I, *ante* S, *longum.*
excipe criſis.
diſertus
hyſopus. iſara. iſaurus.
iſocrates
miſer
niſi

Physis, physic⁹, phthisis criticus anceps
Ptisana
siser, sisymbrium.
I, ante T, breue.
Excipitur
clitella
dito
Italus ĩdifferens, et Italia
Itur
litigo
nitella
nitor, eris
Psitacus
Pitho, Pithius
pituita variatur.
phyton, pytisma
sciton
titan
titillo
Tithonus, thita
sitis à sim, zythus.
Obliqui de lis, & glis,
Etiam m, vel r, vel u,
præcedente. vt mitis
Excipitur
Britannia, Brito
Britannus
mitylene
mitilo, mithrydates
fritillus
vitulus
vitium, vitellus.
I, ante u, longum.
Excipitur
Biuium, triuium,
Obliqui de nix.
O, ante b, longum. vt
gobio
Excipitur
obelus, obeliscus
obex variatur
obedio
personæ de obsum,
Robertus et Tobias var.
soboles
Corripe habentia duas
consonantes ante o: vt
globus, probus
Obliqui de scrobs, &
scrobes.
O, ante c, breue vt fo
cus, focillo
Excipitur
Focaleà faucibus, pro ca
pitis tegmine aut colli.
suffoco
præfoco

Iocundus
locusta
Ocyor,& deducta ab
ocys,ocium.
occanus,ocymum.
phoca
procerus
poculum
Socrates
vocalis
Obliqui de vox.
O ante D,in dis.longum.vt nodus
Excipitur
Modo,módus
odor
Rhodos
In poly breue.vt odium
Excipitur
Clodius,clodoueus
Dodona
zodiacus.
O ante F,breue.vt
ofella
Excipitur
profugio
profero
profui.
O,ante G,longum,vt
cogo
Excipitur
logos,logice
rogo,rogus
toga.
O ante L,breue. stola
Excipitur
bólus
Boletus
colon.i.membrũ,sed pro intestinis corripitur.
coliphium
colum,colo,as
dolium
moles
molior,moly
nolo,nola
olim
proles
polypus
prolixus
solennis
Obliqui de sol.
solor,solus,solers.
O ante M,longum.
Excipitur
Bromius
cometa
coma,como as,comes

comedo, sed cõessor pro.
dominus
domo domus
glomero, glomus
homo, Homerus
omasum
omitto
Prometheus
stomachus
tomus, tomaculũ. Dedu=
cta à dromos, & homos,
vt hippodromus. & de=
ducta a tome.
vomo, vomica.

O ante N, breue. vt
sonus
excipitur
Nonæ, nonus
zona
Etiam c, vel d, uel p, præ
cedente. vt conor, dono,
pono, excipe deducta a
chronos

O, ante P, breue. vt opes
excipitur
opis
opilo
populus arbor.
popisma
sopio, tophus
etiã c præced. vt scopus
excipitur
scopulus, & deducta à
copos, vt artocopus.

O ante q, breue, vt
loquor
excipitur
Quoque a quisque.

O ante R, breue
excipitur
Coram
corus pro vento
coralus
Hora
Oro. Ora appellatiuum.
morus
noram
morio
sorex
thorax
Etiam l, uel r, præcedẽte
vt gloria, prora

O ante S, longum. vt
prosa
excipitur
Dosis
Mosa
Osiris

posui, positum
proseucha prosœdia
Proserpina variatur
rosa
sosius, sed sosia produc.
O, *ante* T, *breue.*
Excipitur
clotho.
Notum
Iota
lotos arbor
poto
protos, vt deducta. vt
Protogenes
quotidie
soter, soteria
totus
Votum
Obliqui de dos, & bos,
Etiã quando duæ conso=nantes præcedunt o. vt
clotho
Excipitur
Proteruus
crotalum
crotus
O *ante* V, *breue. vt ouis*
Excipitur
Ouum

prouentus, prouenio
prouincia
prouidus
V, *ante* B, *breue. vt rub⁹*
Excipitur
cubus lubricus
glubo
iubilum, iubilo
Puber, *pubes*
rubigo
suber, subulo, subula
tuber neutrum
huber fixum, & mobile
hubertas
Etiam b, vel n, ante u, vt
bubo
V, *ante* C, *longum. vt*
mucus
Excipitur
duco, as: vnde educo
Ducenti
lucerna
lucror, lucrum
lucrinus, Lucretius,
Lucretia.
Obliqui de dux
Etiam c, vel n, vel r, præcedente vt cuculus,
nucleus

35

trucido.
V, ante D, longum. ut
cudo
Excipitur
Ludouicus uariatur
Pudet, pudor, pudicus
rudēs, rudis. rudo uaria.
ſtudeo
ſudes
trudes.
V, ante F, longum. ut
bufo.
V, ante G, longum. ut
mugio
Excipitur
Tugurium
Etiā f, uel i, uel p, ante u
Excipitur
fruges, frugi, frugalitas
Iugis, e. Iugerum
iuglans
pugio
pugillar uariatur.
V, ante L, breue. ut
ululo
Excipitur
culeus, culus
Dulichium
dulia
iulius, pulus ſubſt:
uligo
pulex
pulegium
thule uel thyle.
Etiam f, g. uel, m, praece
dente,
Excipitur
Fulica
fulix
gula
mulier.
V, ante M, longum. ut
humor
Excipitur
Humerus, humilis, hum⁹.
rumex
pumilus.
Etiam c, uel n, uel t, prae
cedente. ut cumulus
Excipitur
cunae
Numen
ſtruma
V, ante N, longum. ut
cumae
Excipitur
Cuneus
cuniculus

tunica

V, *ante* P, *breue. ut*

duplex

Excipitur

Cupa

Iupiter

ſtupa

upilio.

Etiam n, uel p, uel r, præ cedẽte. ut nuper, rupes.

V, *ante r, longum. ut*

cura

Excipitur

Curulis

curius

durius

muria

murus

furo, furio, as, furor, furia ſpurius.

V. *ante S, longum. ut*

puſio

Excipitur

fruſino

Puſillus

Suſanna

ſuſurro. uel rus,

V, *ante T. in diſ. longũ ut ruta*

Excipitur

cutis

frutex

frutico

lutum, ti, cœnum

Sed luthum, & luthæus

produc, muto membrum uirile uariatur

puto, putus

puta

putris

rutrum

Vter, utra, utrum

uti aduerbium.

In poly. breue. ut puteus

Excipitur

buteo

Futio, is.

futilis

glutio

Iuturna

mutuò aduerbium

mutus nomem

mutuo. mutuor

mutius

puteo. putidus

Plutarchus

nutrio

36

ſtruthius
utilis.
V, ante V, longum. ſi
nulla conſonans præce-
dat. ut iuua. ſecus corrip.
ut iuuo
pluuia. tem
iuuerna produc.

MEDIAE
Syllabæ.

A, ante B, breue. ut
cannabis
Produc verbalia in bilis
& bũdus a prima coniu-
gatione & nomina in
abulum. vt venabulum
candelabrum
dolabra, dolabella
Inſtabilis corripitur.
amabo uerbũ & aduer-
bium volutabrum.
A ante C, breue. æacus
Produc nomina in culus,
cula culum
& in acius, & acrum
& in aceus, cea, ceum,
Cloaca

Obliqui nominum in ax.
iracundus
meracus
muſtaceus
opacus
paſtinaca, piſtacium
portulaca
ſarracum
Syracuſæ, vel variatur.
A ante D, breue.
excipitur
in adus ex barbaris
propria produ. Cõradus
abaddir
Cicada
iader.
A ante G, longum. vt
uirago
excipe, mandragora
Nomina ſecundæ decli-
nationis: vt,
naufragium, naufragus:
onager
pelagus
Pythagoras, & omnia
ab agora. i. forum.
podagra, & deducta ab
agria. i. dolor: ut chira-
Aſtyages. (gra.

Item cōposita ab agoge,
idest ductio.ut synagoga
pædagogus.
A,ante L,breue.vt
tantalus
Excipitur
sandalium
Sardanapalus
Nomina in alis,& ale.
meridionalis,ale.
australis,ale.
Obliqui nominū in al.
Pluralia tantū, vt spon-
salia
pharsalus
messala,Stymphalus.
A,ante M,breue.
Produc nomina in amen
& amentum.vt examen.
Contamino
dictamum
thymiama
A ante N,breue,
Excipitur
Aranea
araneus
Produc deriuatiua ianus
anius,aneus,& anis. vt,
phasianus,extraneus,

inanis.
Composita à longis:ut
Insanus.
Obliqui nominum in an,
titanis
Item bacchanalia
lupanar
Sathanas
produc fere omnia pro-
pria,quarūcunq;rerū,ut
Afranius,Diana
Sed corrip.Dardanus,
Eridanus,Rhodanus,
Sequana.
item prod. si præcedat i.
vt Quintilianus,fabian⁹
A,ante P,breue,ut ca-
tapulta
Excipitur
anapus,vel is.
Iapix,iapis
mesapus
neapolis
priapus
prosapia
serapis
sinapi.
A,ante q,breue.
Ablatiui,& hinc aduerb.

prod. vt vtraque
A, ante b, breue.
Produc deriuata in aris.
& are, aut rus.
Atque in arius, a, um,
amaracus
Thiara
zodoara
A. ante S, breue. vt
gymnasium
Excip.
deriuata
agaso
amasii
colocasia
Iason
omasum
occasum, quia ab occasũ.
parnasus
A ante T, breue.
vt calathus
Produc deriuata in atus
a, um. in atius, a, um
in aticus, in ator.
Et aduerbia in atim, præter affatim,
Nomina in ates. vt achates, sed deducta a critos, bates & stratos corr. vt hippocrates. schœnobates. & callistratus.
Obliquos nominum
in tas: vt
bonitatis
aratus
cicatrix, egates
grabatus
horatius
lupatum, leucate
palatus, palatiũ, palatũ,
solatiũ, theatrũ, veratrũ
pyrata.
A, ante V, longum
Excipitur
Bathauia variatur
patauium.
Composita à breuibus.
vt abauus.
E ante B, breue.
vt funebris
Excipe
delebilis
corœbus
herebus
esebon
muliebris.
E, ante C, longum,
Excipitur

berecynthus
ezechias
seneca
senecio, internecio, quia fit ab interneco.
E *ante* D, *longum*
vt diomedes
excipitur
alcimedon, automedon
alcimedes
andromeda
empedocles
essedum
ficedula variatur
lacedæmon
macedon
melchisedech
remedium
tenedos, vnedo
Cõposita ab hedra, id est sedes, vt exhedra, cathedra,
Obliqui compositorum à pes, vt loripedem quadrupedem
E *ante* F, *breue.*
Variantur infinita cõposita cum fio & facio, vt, liquefacio, liquefio
patefacio. patefio.
Produc deriuata à fio
beneficus
veneficium.
E *ante* G, *breue.*
vt elegia
excipitur
cethegus collega
symplegas
cinægyrus
panægyris
E *ante* L, *longum:*
Corripe cõposita à telos
Aristoteles
praxiteles
Corripe à scelos. i. crus
monosceli
periscelis
ageladas, alemania,
achelous, ampelus.
angelus, asphodelus.
ardelio
cybele variatur
enceladus, eutrapelus
menelaus, marcelianum
obelus, obeliscus
Penelope
semele, sicelis
sepelio, thimele

E, ante M. longum.
ut abstemius
Excipitur
anathema
artemis
elementum
polemos & quicqd hinc
est, ut neoptolemus, ptc=
lemæus, polemon
telemachus
uehemens
Obliqui de hyems.
E, ante N, longum
Corripe composita à
genos
Diogenes
origenes
armenia
eumenis
clymene
berenice
hebenus
helena
helenus
Iphigenia
iuuenis
ingenium
ingenuus, melpomene,
porsena

Composita a uenio, &
gigno, ut
aduena
terrigena.
E, ante P, breue.
ut elephas,
Excipitur
Iosephus, asclepius
præsepe
præsepio
synalepha.
E, ante Q, breue
E, ante R, breue.
ut ministerium
Propria fere pducũtur
ut homerus cythere. Cy
thera. Sed corrip: Cice=
ro. tyberis, acheron
austerus
arteria
chimera, cantherius
cratera
galerus galerita
megera
Iberus
dicterium
mysterium, psalterium.
clysteriũ, & similia ab
erion

panthera,parothera
statera,seuerus
trieteris.
Prod.diph.machæra,ci= thæron,syncerus, procæ rus,megæra,chimæra, pomœrium.

E,ante S,breue.
vt ephesus

Excipitur
catachresis. carchesium.
diœcesis
ecclesia
Iesus
marpesus,milesius
mathesis
megalesia
poesis,phrenesis
Nomina numeralia in si mus,vt centesimus.

E,ante T,longum.

Excipe
nomina in etas,vt quietas
arete,amethystus.
Formata à thetō, vt an= titheton,epitheton.
arethusar,archetypus
dieteris,trieteris.
feretrius
feretrum
heluetij
iapetus
meretrix,obstetrix
phlegeton , pyrethum,
penetro,suppetiæ,
vegetus,veuetns. Venetus
vegeto, vietus variatur
temetum,triquetra
Obliquos scilicet
segetis,tegetis.

E,ante V,longum

Excipe
composita à breuibus
eleuo
releuo
subleuo.

I,ante B,breue.
vt delibutus,

Excipitur
Audibilis
Et similia a quarta con= iugatione.

I,ante C,breue
vt epicurus

Excipitur
amicus
apricus,apricor

anticus
caicus
clauicula
craticula
canicula.conuitium
cuticula
cuniculus
ceruical
febricito,febricula,
formica
lectica
lorica
lumbricus
myrica,marica
mendicus,nasica
nouicius,palicus,
pudicus
pædica
posticus,petricosus
pediculus,rubrica
siticula
siticulosus
sopniculosus,somniculus
tegeticula
viricula
Redimiculum. & similia
à quarta coniug. vt peri
culum.
veronica.vaticanus va-
riatur.
vesica
vmbilicus.viticula
Vrtica.
Nomi.propria in icus,
vt Henricus.
Obliqui hi
felicis
pernicis, & alij.

I,ante D,breue.

produc nomina in ides,
ab eus, & in ido, vt
atrides
formido,fastidium,
abidus
accidia, rectius acedia
aloides
chelidon,chelidonia
dauides,euclides,euripi
des variatur.
fastidio
meridies,pherecides
postridie,quotidie.
infidus à fidus.

I,ante F, breue.

I,ante G,breue,
vt mitigo
Produc nomina in igo,
vt uertigo,fuligo

auriga
castigo, caligo,
fastigium
fatigo, instigo, origanū
præstigiæ
quadriga
vectigal
Vestigium, vestigio
I, ante L, breue. vt
consilium
Excipitur
achylus, abyla.
subtilis.
Nomina in ilis à nomine
puerilis, senilis
aprilis, exilis. excipe hu
milis, parilis, dapsilis.
Substantiua in ile ut mo=
nile, cubile.
asylum, asylus, eriphyle,
crocodilus, cōpilo, expi
lo, oppilo, depilo nisi cū
pilos extrahere signifi=
cant.
oileus.
I ante M, breue.
vt æstimo.
Excipitur
ephimeris enthymema.
opimus.
Produc à time, vt theo=
timus
Nota deducta è longis, vt
discrimino, oblimo, subli
mis, apprime.
illimis
petimemeris
quadrimus
Nomen in men & men=
tum à quarta coniugatio
ne. vt rudimentum, leni=
mē: sed alimentū, & mo
nimentum corrip.
I ante N, breue.
vt circino.
excipitur
camin⁹, echinus, catinū,
festino, festinus, omnino,
opinor, puluinar, pului=
nus, tintinnabulum.
supinus, supino, sagino,
salinum.
Composita à longis
popino, propino,
declino
Nomina in ina, & inus
deriuata, vt rapina, clā=
destinus, mediastinus,

regina, carina, rapina,
bouinus, nisi forte mascu
linũ præueniat, vt domi
nus quod corr. ita & do
mina: sic asinus, & asina.
Sed fœmina, fiscina, fu-
scina, gausapina, lamina
machina, patina, proser-
pĩa, sarcina, trutina cor.
Itẽ corr. crastinus, pristi
nus, diutinus, serotinus,
& quæ fiũt à nominibus,
materiarum, gemmarum
vnguentorum, odorum,
& colorum, vt crocin⁹,
amaracinus, crystalinus,
byßinus.
Produc aginor, acynacis
vaccinium, cyminũ, comi
nus, & deducta à cline,
vt triclinium.
Propria nomina, vt,
Martinus, catilina, aqui-
nas, sed aliquot corri. vt
Tarquinius.
Obliqui nominũ in in.
vt delphinis.
I ante P, breue.
Excipitur

caiphas variatur.
coliphium
euripus, enipeus,
manipulus, seriphos,
Cõposita à stipo, cõstipo
obstipas.
I anteq, longum.
vt antiquus
Excipitur
aliquis
denique
reliquus, reliquiæ
siliqua
vtique, vndique.
I ante R, breue.
vt antycira
Excipitur
archimagirus
busyris, butyrum
collyrium, corcyra,
deianira
delirus, epirus, equiria,
osiris papyrus,
podalirius, rabirius,
sapphyrus
semiramis
I ante S, breue.
excipitur
anchises, aruisius

cambyſes
Dionyſius
eliſa,gauiſus,laliſio
moyſes
paradiſus,paralyſis.
I,ante T,breue.
vt conditio.
Produc propria:vt
Margarita
terſites
cenſitus
patritius,comitium
Nomina quartæ decli.
Auditus
dormitum
contritum
oblitus
lechit⁹,fortuit⁹ uariatur
hermaphrodytus, aphro
dite
aconitū, corytus appel.
cocytus,paraſitus
ſamnites
quirites
Produc etiā deriuatiua
græca in itis,& ites, &
ita, vt ſamaritis,leuites,
eremita,leuita.
Item à nominibus in itus
vt aurit⁹,mellit⁹,auitus.
Item à verbis in titius,ut
fictiti⁹,ſuppoſititius: ſed
à nominibus corri. ut pa
tritius.excip.nouitius.
Produc aduerb. in itim.
vt viritim.
Nomina lapidum in ites.
vt pyrit es
architas
cocytus
heraclitus
potitius,pituita
Inuitus,inuito,prorito,
ſcriblita
irrito
terſites
I,ante u,longum
vt recidiuus
Excipitur
Niniue,rediuiuus ſecun-
dam ſyl.corrip.
O,ante B,breue.
Excipitur
canobus
Iacobus
October
vtrobique
O,ante C,breue

Produc propria in ocus
è barbaris
vt Iodocus,sed græca
corrip.vtlaodocus
Verbain cinor:vt
patrocinor,& nomina
deriuatiua in ocinium,vt
patrocinium.
Obliquos nominũ in ox,
vt ferocis,velocis
præfoco
suffoco à faux
O ante D,breue.
excipitur
custodia
custodis genitiuus
custodio,erodio
herodes & cætera cum
odes græca.vt orodes,
rapsodia.
O,ante F.breue.
vt godofredus.
O,ante G,breue.
vt ægloga.
Excipitur
octoginta
deducta ex agoge vt sy=
nagoga,isagoge.
O,ante L,breue.

vt neapolis
excipitur
capitolium
idolum,iolas
præstolor
ætolia
mausolus
mediolanum
pactolus
subsolanus
Deducta à poleo, id est,
vẽdo,vt bybliopola,
pharmacopola.
deducta à colon, vt mo=
nocolon,dicolon
O, ante M, breue. vt
hippomanes
Produc neutra:vt
abdomen
amomum
cinamomum
axioma
idioma
perizoma. Sed corrip. de
ducta à tome,vt epitoma
anomalus per ω
geometra
Iuue.corripit. Grãmati=
cus rhetor geometres

pictor aliptes.

O, ante N, *longum. vt*

obsonium

Excipitur

Alcyone

aconitum

coctonum

canonis

dæmonis

diaconis

Dionysius anceps.

erichthonius

hesione pro fluuio

harmonia

matrona

Deducta à gony, vt anti gonus, sed à gonos prod. vt trigonus

Deducta à phonos, vt tisiphone.

Obliqui ciuitatum in on: *vt syndonis*

Lacedæmonis

pannonia

O, *ante* P. *breue, vt*

Atropos

Excipitur

anthropos. i. homo

æsopus

canopus

conopæum, cleophai

europa. epopeus

hysopus

iopas, & alia in as

pyropus.

prosopos

hydropicus, siope.

O, *ante* Q, *breue. vt*

alloquor

Excipitur

alioqui.

O, *ante* R, *breue. vt*

roboro

Excipe.

aurora

Nomina in ortus: *vt sonorus*

Nomina masculina in or

Composita à choros. i. locus: *vt anachorita*

Et cōposit à δῶρον, id est donum, vel palmus vt

Heliodorus

Diodorus

Isidorus

holoris

holorinus

amoris

diores
fortioris
mete orus
pelorus
Nomina in rium: vt
tectorium, tentorium
sertorius
theorema.
O, ante S, longum
Excipe græca
eleemosyna
ambrosia
symposium
cynosura.
euphrosyne
mnenosyne
theodosius.
O, ante T, longum
Excipiuntur
Composita à dotos: vt
antidotum
abrotanum
onocrotalus
deiotarus
composita à breuibus
compotus.
O, ante V, breue. vt
Genouefa
Excipe deducta à longis
remoui
amoui
controuersia variatur.
V, ante B, breue.
Excipitur
Anubis
cõnubium variatur
delubrum
Insuper
saluber
Deriuata à supinis in
vtum
dissolubile
resolubile.
V, ante C. breue. educo
Excipe
No. in vcus, vca, vcum,
Sambucus
eruca
caduceum
manduco
pollucis
Comp. à duco & luceo.
produco
Illuceo
polluceo.
V, ante D, longum. vt
testudo
Excipitur

dryude
Pecudis
repudium.
V,*ante*,F,*breue.*
V,*ante* G, *breue.vt*
coniugium
Produc nomina in go
ærugo
ferrugo
lanugo.
V, *ante* L, *breue. vt*
cingulum
Produc nomina in vlis: vt Edulis
tribulis,curulis
edulium
Item *hæc composita à bule & dulos : vt*
archibulus
cleobulus,trasibulus
abulor
Adulescens
Iulus
appulia
peculium
portulaca
torcular.
V, *ante* M, *longum.vt*
legumen

Corripe nomi. in men & mentum .à verbis secundæ.
Documen,*vel mentum.*
nocumen, vel nocumentum
autumo
contumax
columella
cucumis
Incolumis
crustumiun
emolumentum
Irrumo
posthumus.
V,*ante* N, *longum, vt*
lacuna.
V,*ante* P,*breue.*
Excipitur
marsupium
Deducta à longis:vt,
Corrupit
Irrupit.
V, *ante* R, *longum. vt*
penuria.
Excipitur
Camurus.biturix
Centurio
Mercurius

Lemures:sed lemuria prod.
purpura
satur satura
saturo·saturea.
tugurium
vulturius
Verba in vric:vt,Esurio
Sed produc ligurio & scaturio.
parturio.
Nbliqui nominum in vr: turturis,furfuris.
V, ante S, longum. vt
medusa
Excipitur
Hierusalem variatur
perusinus
syracusanus
volusius
Nomina locorum:vt
Brundusium
Canusium.
V,ante T, longum, vt
præputium
Excipitur
arbutus
defrutum
diuturnus
Deducta à breuibus,
Imputo
Reputo.
V, ante V, breue. vt
exuuiæ.

Cætera (lector candide) partim ex assidua poetarum lectione depræhēdes, partim ex Despauterio, Fabro, Aldo, Terentiano, cæterisque, qui non pœnitēdam operam huic rei impenderunt, quæ consulto prætermisimus, vt multa propria nomina: tum quia non ita crebro occurrūt, & numero certo vix queunt comprehendi) quorū adeo immensa est sylua, vt puerorum ingenia potius adobrueret quam instrueret) tū quia hic libellus, quē enchiridij vice haberi volumus, in iustam libri magnitudinem accresceret. Hæc pueri æqui bonique consulite.

Finis mediarum quantitatum.

CARMINA VSITATIORA.

Carmen Heroicum.

Carmen Heroicum, quod & Hexametrum dactylicum dicitur, ſex regionibus conſtat. In prima, ſecunda, tertia, & quarta ponitur Dactylus vel Spondeus. In quinta, ſemper dactylus & ſexta. Spondeus: vt, Arma virúmque cano Troiæ qui primus ab oris, -vv. -vv. --. --. -vv. --. Nam aliquando licentiæ poeticæ cauſa in quinta regione ſpondeus reperitur. quam tamen poetis ſolis relinques. Illud autem fit, vbi rei grauitas & maieſtas ſignificatur, aut mœror & languor. vt Verg. Chara deum ſoboles magnũ Iouis incrementum, idē, Conſtitit atque oculis phrygia agmina circunſpexit: vbi Sinonis triſtitia oſtenditur. Dicitur autem heroicum, quòd eo genere res geſtæ regumq; ducumque & fortia facta conſcripta ſint. Et Hexametrũ dicitur, quia ſex pedum ictibus ipſum metimur: ab ἕξ, id eſt, ſex, & μέτρον, id eſt, menſura.

Carmen Pentametrum.

Carmen pentametrum anapæſticum, quod & Elegiacum dicitur, quinque regionibus conſtat. In prima, ſecunda, & tertia ponitur dactylus, vel ſpondeus. In quarta & quinta, ſemper anapæſtus: vt, Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu. -vv. -vv. --. vv-. vv-. Elegiam vocant, conſertum cum Hexametro Pētametrum, ἒ ἒ, idem eſt quod heu heu. Elegia enim carmen lugubre eſt. Nam hominum dolores & querimoniæ & adoleſcentulorum amores hoc genere primum ſcribi cœperunt. Dicitur autem Pentametrum à πέντε, id eſt quinque, & μέτρον, id eſt menſura. Elegiacum dicitur ab ἔλεος, id eſt miſericordia, ſiue παρὰ τὸ ἐλεεῖν τοὺς τεθνεῶτας, quod hoc carmine laudes defunctorum ſcriberentur. Vel παρὰ τὸ ἔλεος, quod vetuſtiſsimi ſuas lamentationes elegis decantarent. Nã factum eſt vocabulum à voce qua in fletu vtimur. Vnde fit vt epitaphia elegis præcipue ſcribantur verſibus.

Carmen Sapphicum,

Carmen Sapphicum, quod & Trochaicum dicitur & hendecaſyllabum, quinque pedes habet. Primus pes eſt Trochæus: ſecundus, Spondeus: tertius, Dactylus: quartus, Trochæus, & quintus Trochæus aut Spondeus: vt, Nouimus quantas dederit ruinas.-ᵕ.--.ᵕᵕ-ᵕ.--. Dicitur autem Sapphicum à ſappho puella, prima hoc apud Græcos, vſa. In quo primi tres verſus ſunt eiuſdem generis ſapphici, inde ſubiungitur adonius.

Carmen Adonium.

Carmen Adonium, duos pedes habet. Primum ſemper Dactylum: ſecundum, Spondeum, vel Trochæum: vt Nubibus atris.-ᵕᵕ.--. Dictum autem ab Adone puero, vel ab Adone inuentore. Quod ſequitur ſemper tres verſus Sapphicos.

Carmen Aſclepiadæum.

Carmen Aſclepiadæum, quod & Choriambicum tetrametrum dicitur, quinque pedibus conſtat. Primus eſt Spondeus: ſecundus & tertius, duo Choriambi: quartus vero, Pyrrhychius, aut Iambus: vt Mecœnas atauis ædite regibus.--.-ᵕᵕ.-ᵕᵕ.-ᵕᵕ. Dicitur Aſclepiadæũ, ab Aſclepiade inuentore.

Carmen Phaleucium.

Carmen Phaleucium conſtat quinque pedibus, Spõdeo, Dactylo, & tribus Thochęis, vt, Quiſquis compoſito ſerenus æuo.---ᵕᵕ-ᵕ.-ᵕ-ᵕ. Quod nomen accepit à Phaleuco inuentore. Et dicitur aliàs Hendecaſyllabum, quod ſine ſynalœpha & ellipſi vndecim eſt ſyllabarum.

Carmen Iamb.cum ſenarium.

Carmen Iambicum trimetrũ Hyponactium, ſeu Archilochium trimetrum Acatalecticum, ſex pedes habet. Pri-

Secundus, Iambus: admittit etiam Spondeum, Dactylum vel Anapæstum, sed cum minore gratia. Tertius, est Spondeus, Iambus, Dactylus vel Anapæstus. Quartus, Iambus: admittit & reliquos: sed duriore stylo. Quintus, est Spondeus, Iambus, Dactylus, vel Anapæstus. Sextus vero, Iambus, vel Pyrrhichius: recipit & vbique Tribrachum. Sed quo plus Iamborum habet, eo venustior est.

Item locis paribus, id est, secundo, quarto & sexto Iãbum recipit. Locis tamẽ imparibus, id est primo, tertio, & quinto, spondeum iambi loco recipiens: vt beatus ille qui procul à negociis. v-, v-. v-. v-. v-. v-. Huic subiungitur alternatim Iambicum dimetrum Archilochium, vt id ex Horatio, Epodi Oda secunda, Beatus ille, qui procul à negociis, Vt prisca gens mortalium. & cætera. Notandũ tamen ꝙ in tragœdiis versus ex solis iambis non laudatur: quare vix talem inuenias, sed semper in locis paribus ex Iambo, aut Tribracho, in cæteris indifferenter ex Iambo Spondeo, dactylo, Anapæsto, Tribracho. In comœdiis vero, in secundo loco & similibus, spõdeus etiam inuenitur, necnon & dactylus & anapæstus, sed frequentius spondeus. Quod faciunt comici, vt solutam orationem imitentur: vt Terent.

Vos isthæc intro auferte, abite, Sosia
Adesdum paucis te volo. dictum puta.

--.--.--.v-.v-.v-.

v-.--.--.v-.--.v-.

Iambicum enim ab ἰαμβίζειν, id est, insectari, ἀἰάπτω, vnde factum nomen generis carminis maledico. Archilochus siue huius carminis author fuerit, siue celebrator potius, tanta fuit acerbitate, vt ad laqueum adegerit Lycambẽ.

Scazon trimetrum Iambicum

Hyponactium, siue Iambicum claudum.

Scazon à superiore Archilochio differt, quod Archilochiũ in sexta regione solũ habet iambũ, Scazõ vero spondeum: & in quinta sede, semper iambũ habet: vt, Nec fõte labra prolui Caballino. -.v-.v .v-.v-.--. dicitur autem Scazõ à verbo σκάζω. i. claudico. quia claudicat. Nã sext.

pes in hoc metro, maior eſt quã ſextus qui in ſenario eſt.

Carmen Iambicum dimetrum Archilochium.

Carmen iambicum dimetron Archilochium Acatalecticum, quatuor cõſtat pedibus. Primo poteſt habere quatuor Iambos: Secundo, primum, & tertiũ, Spondeos: ſecũdum & quartum, iambos. Sub ſpondeis, Trochęi intelligi poſſunt: & ſub iambo quarto loco, Pyrrhichius, ſiue in locis imparibus, i. in prima aut tertia ſede recipit iambũ & cætero: quos iambicum ſenarium. In locis vero paribus, id eſt, ſecunda & quarta ſede, iambum vel tribrachum, ſed in fine & pyrrhichium. vt, Aut adſit interpres tuus. v-.v-. --.vv. Quem terra pontus æthera. --.v-.v-.vv.

Carmen Glyconicum.

Carmen glyconicum, tribus pedibus cõſtat. Primus eſt. iambus, vel trochæus, frequentius tamen Spõdeus. Secundus & tertius dactyli, aut Choriambus cum Pyrrhichio: vt Puellæ & pueri integri. v-.-vv.-vv. vel, v-.-vv-.v-.

Carmen Pherecratium.

Carmen Pherecratium, habet tres pedes, dactylum, ſcilicet inter duos Spondeos. vt, Grato Pyrrha ſub antro. --.-vv.--. ſiue conſtat Spondeo, dactylo, & trochæo.

Carmen Archilochium Dactylicum Bucolicum, Heptametrum.

Septem habet pedes. Tres primi ſunt dactyli, vel ſpondei, vel mixti. Quartus eſt dactylus. Reliqui vero trochęi vt, Quam variis terris animalia permeant figuris. -vv.--. -vv.-vv. v.-v.-v. Quod poteſt reſolui in Hexametrum, omiſſa ſyllaba. ant: vt, Quam variis terris animalia perme

Carmen Alcaicum Dactylicum,

Quatuor pedes habet. In prima regione ponitur Spondeus, vel iambus. In secunda tantum iambus, cum syllaba partem orationis finiente. Deinde sequuntur duo dactyli O matre pulchra, filia pulchrior. --.∪.-.∪∪.∪∪.

Carmen Alcaicum Choriambicum.

Huic sunt quinque pedes, Primus est spondæus, secundus, tertius, & quartus Choriambi . quintus vero Pyrrhichius: vt, Tu ne quæsieris scire nephas quem mihi, quem tibi.--.-.∪∪-.∪--∪.∪--∪.∪∪.

Hæc sufficiant. Qui autem multo plura videre optabit, perlegat Odas Horatij, & Boetium.

De accentibus, seu tonis.

Quia accentus ex syllabarum quantitate pendet, consonum erit post syllabarum quantitatem, accentnũ regulas paucis perstringere. Accentus enim sunt qui dictionẽ moderantur: nec potest esse aliqua dictio, quæ vno ex ipsis accentibus careat. Nam sicut nulla vox esse potest sine vocali, ita nec sine accentu: quòd sit quasi anima vocis, & quas Græci προσῳδίας dicunt, nos autem accentus: eas veteres notas vocũ, moderamenta, tenores, fastigia, (quod capitibus literarum apponerentur) & voculationes appellarunt. Est autem accentus, Certa lex, siue regula ad eleuandam deprimendámve syllabam vniuscuiusq; particulæ orationis. Et dicitur ex ad, & cantus, quasi iuxta cantum, vel ab occino: Græce autem προσῳδία dicitur à πρὸς, id est ad, & ᾠδή, id est, cantus.

Sunt autem accentus tres, Acutus, grauis, & circunflexus. Sed ab Aldo decem enumerantur, Acutus, grauis, circunflexus, longus, breuis, subunio, subdiuisio, Apostrophus, aspiratus, & tenuis. Quibus, inquit, omnib⁹ vtimur, præter aspiratum & tenuem: pro quibus in aspirandis duntaxat literis hac figura H, vel hac h, ex vtroq; ipsorum facta vtimur. Sunt autẽ aspiratus & tenuis ita depicti, ⊢, ⊣, vel ʽ ʼ quos accentus in vnum coniungẽtes Romani, fecerunt team aspirationem H, qua nos in grandiusculis vti-

mur literis. Communiores tamen accentus sunt. Acutus, grauis, & circunflexus.

Acutus, est quo syllaba eleuatur, vt súm, és, & ita figuratur.'

Grauis, quo syllaba deprimitur, vt duæ vltimæ in domìnùs, & ita figuratur.`

Circũflexus, quo syllaba partim eleuatur, & partim deprimitur, vt dôs spês, & ita figuratur.^

Longus ponitur supra syllabam, cùm longam esse illã ostendere volumus. vt regula. & ita figuratur.-

Breuis cum breuem syllabam esse ostendere volumus, vt disertus, & ita figuratur.˘

Subunio ὑφὲν Græce, est nota syllabarum iungendarũ, siue virgula subincurua quæ supponitur fini vnius dictionis, & principio alterius, cum coniungere eam volumus, & ita figuratur ʊ. vt quicunque de improuiso.

Subdiuisio, Græce ὑποδιαστολὴ, sub extrema dictione ponitur, dictionem alteram ab altera diducens, & ita figuratur, vt cor, vinum lætificat. Nam distingue post cor ad imam literam dicto accẽtu, ne coruinum dicere videaris. Itẽ, in littore conspicitur sus. Nam inter conspicitur & sus interpõitur subdiuisio ad imas literas, ne videatur dicere, conspicit vrsus. Eodem etiam accentu vtimur, cùm volumus distinguere sensum, vt in illo, Ereptę virginis, ira. ne videatur significare iram virginis ereptę, sed iram propter ereptam virginem, Ergo post virginis, supponitur hypodiastole. Illi enim accentus siue pasiones, sæpe ad discernendas homonymas voces conferunt.

Apostrophus, id est, auersio, supra extremum dictionis in fine elisa vocali ponitur. Est enim signum elisę vocalis. Et ita figuratur, vt tantón' me crimine dignũ duxisti? pro tantó ne. Prolatio enim est in morem vnicæ dictionis.

Dictio
- Monosyllaba, si
  - breuis naturaliter licetpositiõe producaĩ, acuitur vt sum, nix.
  - Lõga natura, circunflectitur, vt spês, dô, vbi naturaliter produci nõ cõstiterit, ad acutũ cõfugito.
- Dissyllaba, si
  - prior natura longa, illa circunflectitur, vt mâter.
  - alias, acuitur. vt páter.
- Polysyllaba, si
  - penultima longa, & vltima breuis: penultima circunflectitur. vt românus,
  - aliter, penultima acuitur. vt Románi, poténtes.
  - Penultima nõ nãliter, sed positione lõga eadẽ acuitur, & nõ circũflectiĩ: quia circũflexus semp est in syllaba naturaliter longa.
  - Penultima ẽ breuis, antepenultima acuit, vt dóminus, mulíeris.

Excipiuntur à facio composita, quæ in secunda & tertia persona singulari præsentis indicatiui accentũ habẽt in penultima, licet sit breuis, vt benefácit, calefácit:

Exceptiones sex.

Prima, Interrogatio accentum mutat, quia vltima interrogationis semper acuitur. vt egóne?

Secũda, Distinctionis & differentiæ gratia mutatur accentus, vt vna, aduerbium acuit vltimam, ne videatur esse nomen. Ergô aduerbium circunflectitur, coniunctio aũt grauatur. Sic eó, aliquó, fálsó, repenté vltimam acuunt aduerbia, ne putentur esse nomina vel pronomina.

Tertia, Syncope siue Concisio accẽtum mutat: ideo nomina tertiæ delinationis & pronomina in as, quæ olim in atis desinebant, vltimam circũflectunt vt olim penultimã vt Aquinás, cuiâs, pro Aquinâtis, cuiâtis. item donẽc, pro donẽcum, adhûc, pro adhûcce. item fumât, pro fumâuit. Etiam per apocopen mutatur accentus. Nam accentũ retinẽt integræ dictionis vocatiui in i, á nominatiuis in ius per abscisionem us syllabæ, penultimã enim acuunt, vt ô

Mercuri, à mercurius. seruato accẽtu supra eam syllabam in qua erat in nominatiuo, etsi breuis est, vt Horat. Mercúri facunde nepos Atlantis.

Quarta, Transpositione mutatur accentus, cùm de suo loco dictio transmutatur, vt sunt præpositiones & coniũctiones: quæ dum præponuntur grauantur, vt de qua re, de quo genere. Postpositę autem, qua mutãt locum, mutant etiam accentum. Nam acuũtur, vt qua dé re, quo dé genere. Cum præpositio, que, ne, ve, encliticę coniũctiones, præcedentem syllabam acuunt, vt quícum, mécum, forma conditióque.

Quinta, Compositio aliquando accentum variat, vt cõpositio noscatur esse, non oratio. Ambiguitate enim illud fit, ad euitandam amphibologiam, vt aliquando, déinde, éxinde, délonge, déinceps, dúntaxat, déorsum, quápropter, hactenus, insuper, & similia, quæ antepenultimã acuunt: ne duæ partes esse putẽtur. vbi autem diuersæ essent dictiones, diuersos haberent accentus.

Sexta, Idiomate mutatur accẽtus. Vnaquæq; enim lingua habet accentum sibi peculiarem ac proprium. Nam secundum Latinorum regulas, Anthropos penultimam acueret, quia producitur: hanc tamen apud Græcos grauem habet. E diuerso, simois, quia penultimam corripit, antepenultimam secundum Latinorum regulas acueret, quam apud Græcos grauem habet acuta penultima. Itẽ, parácletus contra vsum linguæ nostrę in antepenultima habet accentum, quum penultima eius sit longa. Græcé enim per η scribitur. Nam in Græcis accentus quantitati plerunque est contrarius.

Græcorum accentus.

Apud Grecos vbi vltima longa est, sępissimè accentus

las prope dictiones sparguntur, quoties nobis accẽtus Græci ratio nõ constiterit latinis illum regulis moderabimur. Quòd si dictio Græca simùl & latina fuerit, accentu potius latino vtemur, quoties græca latinis miscemus.

Barbarorum & hebræorum accentus.

Vt græca latinis admixta, latino accentu moderamur: ita etiam barbara, vbi proprius accentus ignoratur. Nam in peregrinis verbis & barbaris nominibus vel interiectionibus, nulli sunt certi accentus, contra Alexandri regulã, Omnis barbara vox non declinata latinis, Accentum super extremam seruabit acutũ. vt Abel, Baal, quia Hebraicæ dictiones aliquando in penultima, aliquando in antepenultima accentu acuto proferũtur. Nam si abel accẽtu acuto in fine proferamus, vt vult Alexander, non Græcè proferimus, quia apud illos in fine grauatur: non latinè, quia nullum nomen latinum nisi corruptum, & nisi monosyllabum in fine acuitur. Nec Hebraicè, quia illi nomen Abel acuta prima proferunt. Quare vbi ratio Hebræa tibi non constiterit, latinè proferre poteris.

De periodis, siue clausularum punctis.

Egregiam sanè operam nauabunt præceptores, si accuratè suos pueros periodi partes & orationis singula mẽbra siue puncta doceant: vt sciant pueri quot voces sentẽtiam perficiant, & quomodo singulis nominibus singula verba respõdeant, sic enim rectè intelligent aliena scripta, & tutò ac expeditè loquẽtur. Nam omnis oratio, aut perfecta est, aut imperfecta. Perfecta est, quæ sensum perfectũ habet. Imperfecta, quæ imperfectũ. Perfecta autem duplex est: aut enim sensus adhuc pendet ad sententiæ perfectionem, aut omnino sensus est perfectus. Perfecta oratio potest in longum protrahi, & plures partes cõtinere: Imperfecta verò non. Quare partes illas quibusdam distinctionibus, posituris, siue punctis distinguere oportet. Distinguitur autem periodis, commatis, & collis.

Periodus est orationis continuatio vsque ad id quo sensus cõcluditur. Id est tota sentẽtia lectionis. Periodus enim Græcè, id est, ambit⁹, circũductus, cõtinuatio, vel cõclusio,

Dicitur autem ambitus, vel circunductus, quòd in orationis ſerie ea ſit vocum circuitio ac comprehenſio, qua & impletur & ſoluitur ſententia.

Dicitur autem Concluſio, quia non prius eſt periodus, quàm peruenit ad extremam clauſulam.

Partes periodi ſunt duæ, Colon & Comma, ſiue membrum, & inciſum. Ex his enim conſtat omnis periodus. Siquidem ex commatis fiunt Cola, ex colis periodi. Colon ſiue membrum, eſt perfecta oratio, cuius tamen ſenſus adhuc pendeat, atque aliud quippiam ſibi adiungi poſtulet.

Comma ſiue inciſum, eſt membri pars, quæ ab eo integro abſciſſa, per ſe nihil prorſus efficere poteſt. Fit enim quoties verbum finiti modi deeſt: aut ſi adeſt, ſenſus tamen non conquieſcit: ſed ad membrum ſiue colon properat: quemadmodum membrum ipſum ad periodũ: quò vt peruentum eſt, nihil aliud niſi ad principinm alterius ſententiæ tranſiri poteſt.

Puncta ſiue diſtinctiones ſunt, virgula, Comma, Colon, Punctum admiratiuum, ſeu exclamatiuum, Punctum interrogatiuũ, & Parentheſis: quæ ita figurãtur.

Virgula /
Comma,
Colon.
Periodus:
Punctum admiratiuum ſeu exclamatiuum!
Punctum interrogatiuum?
parentheſis ( )

Virgula ponitur inter dictiones vbi ſententia eſt imperfecta.

Comma ſimiliter vbi incompleta eſt ſententia.

Colon vbi eſt perfecta.

Cicero libro primo epist. Ego omni officio,ac potius pietate erga te,cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Tanta est enim magnitudo tuorum erga me meritorum:vt quoniam tu nisi perfecta re,de me non conquiesti:ego quia non idem in tua caussa efficio,vitam mihi esse acerbam putem.

Vltra enim progredi non debes, quia hic periodus est completa, quæ sex cola siue membra continet,& tria commata. Cola autem sunt hęc,

Ego omni officio,ac potius pietate erga te,cæteris satisfacio omnibus. Primum colon est.

Mihi ipse nunquam satisfacio. Secundum colon est.

Tanta est enim magnitudo tuorum erga me meritorum. Tertium colon.

Vt quoniam tu nisi perfecta re conquiesti. Quartum colon.

Ego quia non idē in tua caussa efficio: Quintūcolon.

Vitam mihi esse acerbam putem. Septimū colon est.

In quo est periodus,id est totius sententiæ conclusio.

Commata verò sunt hæc,

Ego omni officio. Primum comma est.

Ac potius pietate erga te. Secundum comma.

Vt quoniam tu nisi perfecta re. Tertium comma est.

Hæc pauca de accentibus & periodis pueris sufficiant: Christo autem sit laus,honor,& gloria in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

